



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber II. De rebus diuini iuris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

diuisit & gentes, Genes. 10. & separauit filios hominum, Deut. 32. distribuitque; voluit terram subactam a filiis Israel, Iosue cap. 9. 18. & 21. Atque 4. loco, & ius gentium docuit diuidere, l. hoc iure, de iust. & iur. cap. ius gentium, 1. dist. 5. ius autem gentium, de iur. natur. apud Iustin. §. singulorum, de rerum diuis. Proinde singulo-

rum res fieri oportuit, hoc est, ex illa rerum communione, in mancipium & ius venire proprium cuiusque; istæque res sunt priuatae, quæ in alicuius iure & bonis sunt, §. 1. de rer. diuis. l. i. eod. tit. in P. l. 1. §. huius studii, de iust. & iur. vel libertæ, vel seruientes, vel communes inter priuatos, vel consulae.

DE REBUS DIVINI IURIS,

LIBER II.

De sacrosanctis ecclesiis. Cap. 1.

V. Viciarij Nationales

- 1. Existant tituli, de Eccles. edificand. vel reparand. lib. 3. Decretal. tit. 40. Lib. 3. Sexti, tit. 21.
- 2. De consecrat. distinct. in Decreto.
- 3. De sacrosanct. Eccle. lib. 1. C. 1. 5.
- 4. **Ecclesia generaliter quid sit.** Ecclesia apud Christianos que & quid sit, ibidem.
- 5. **Catholica cur dicta, ibidem.**
- 6. **Ecclesia pro particulari quadam congregatione.** Item & pro personis coordinatis ad ministeria Ecclesiastica, ibid.
- 7. **Ecclesia continens pro contento.** Templum a tuendo.
- 8. **Templa Græcis uocantur.** Item in uarijs locis: & in uarijs reuocantur, ibid.
- 9. **Item & Basilica.** & quare, de lubra, facella, & c. ibid.
- 10. **Sacra olim in lucis culta.**
- 11. **Ara quare sic dicta.** Altare quare sic dictum. Sacrificijs tria loca Ethnicis olim familiaria.
- 12. **in Montibus antiqui adorabant & orabant.**
- 13. **Tabernaculum primum Moyses Deo construxit, deinde Salomon.**
- 14. **Sanctuarij Dei olim decem miracula facta.** Prodigia que olim Iudeis, & templo eorum contigerunt, tempore Iuliani Apostatae, ibid. **Mulieres quare hodie a partu non arcentur ab ecclesia,** ut olim certis diebus a templo illo Iudaico. ibid.
- 15. **Pontificum, seu Episcoporum cura & auctoritas requiritur in Ecclesiarum constructione.** Ecclesijs construendis obseruanda.
- 16. **Sacra loca antiqui ubi erant sita.**
- 17. **Ecclesijs reparandis, vel resarciendis obseruanda distinctiones.**
- 18. **Templorum antique immunitates.**
- 19. **Missa nullibi celebranda, quam in altari seu loco consecrato.**
- 20. **Altare duplicis speciei.**
- 21. **Ecclesie dedicatio per episcopum.**
- 22. **Dedicatio quid sit.** Hebræis דבריהן Græcis ἑρξία.
- 23. **Constantinus Magnus Ecclesiam portatilem, ubiqueque locorum esset, circumferebat.** Ecclesia portatilis quid.

ECCLESIA nomen ꝑ generale est pertinens ad omnem congregationem & cœtum, Græcis ἐκκλησία, cœtus conuocatus: inter dum pro loco, ubi concilio & uocatio cœtus sit. Proinde monemus hic agendum, non de omni ecclesia, sed tantum de sacrosancta. Accipitur autem apud Christianos ecclesia, primum generaliter pro fidelium seu credentium omnium cœtu ubique; existentium, can. ecclesia, de consec. dist. 1. can. legimus, 93. dist. circa me. can. malte, 1. quæst. 1. can. loquitur, 24. q. 1. Cyrillus Hierosolymitan. episc. catech. 18. illuminatorum. Et tunc dicitur, ἐκκλησία καθολική, Ecclesia vniuersalis, quæ vna est, & apostolica, ut habetur in symbolo fidei Nicænæ Synodi, & in Symbolo Apostolorum, πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἄριστον ἐκκλησίαν καθολικὴν. Credo in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Dominus noster Iesus Christus caput huius ecclesie, ad Ephes. c. 5. cap. vn. de sac. vnct. c. Engel. drudam, 3. q. 4. Vicarius eius in terris, vnus summus Pontifex, qui Romæ sedet, ubi D. Petrus sedem elegit. Opta. Milenit. a. in 2. Igna. epist. ad Rom. Irenæus lib. 3. aduers. hæres. Terent. de præscr. hæres. Oro. sinus, lib. 12. c. 4. & pro fide Christi occisus est, Egesippus, lib. 3. c. 2. Euseb. lib. 3. histo. eccles. cap. 1. ad quem Dominus dixerat, Tu es Petrus seu Caphas, & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam, Matth. 16. can. in nouo. & can. quamuis, 21. dist. cano. 1. & can. sacrosancta. 22. dist. cano. fidelior. 50. dist. can. loquitur, 24. q. 1. l. nos redentes, de sum. trin. C. §. 1. de eccles. iur. de colla. 9. de primatu eccle. Rom. fuse Ioan. Coeleus, lib. 2. de Petro & Rom. Illa vna & omnium populorum, secundum quod prædictum erat, dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam termino: terra. Psal. 2. Et rursum, de reg. filij Dei, & dominabitur de mari usque ad mare, & a summe usque ad extremos terre, Psal. 49. Ecclesia, inquit Arhanal. de diuers. quæstio. quæst. 71. quidem dicitur, quod in ea vocantur omnes: Catholica vero propterea, quod per totum mundum diffusa sit. Ecclesia Romana caput altiarum ecclesiarum, c. 1. 12. dist. can. dudum, 3. q. 6. quæ

in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis vocatæ sunt, ca. multum, 3. q. 6. ca. qui se, 2. q. 6. c. ad honorem, de aucto. & v. sup. pallii. vnus enim ecclesie, vnus debet esse tantum episcopus, ca. in apibus, 7. q. 1. D. Hieron. ad Ruff. Cypr. epist. 2. lib. 3. D. Aug. epist. 162. & 171. com. Donatist. Et ideo qui ab ipsius vnitate decidunt, amplius in fide non viuunt, & sicut excisi a radice, sine vita sunt, ca. alienus, can. quicumque, & can. quia ex sole, 2. q. 1. ca. ipsa pietas, 23. q. 4. ¶ Sumitur ꝑ & ecclesia pro particulari quadam congregatione, vt, ecclesia quæ est Corinthi, 1. ad Corin. c. 1. & in ecclesijs benedictie Deo domino, Psal. 67. & eccle. c. 24. Et rursum ecclesia pro personis coordinatis ad ministeria ecclesiastica, vt dicitur, non ingreditur maner, hoc est, de scorto natus, in ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, Deut. 23. id est, ne in promouebitur ad ministerij ordinem, c. 1. & ibi glo. de fil. presby. Et rursum, non ingreditur Amontes & Moabites in ecclesiam Dei, vsque in æternum, Nehem. 13. Et apud D. Mattheum, si non audierit, dic ecclesia, cap. 18. Ita ecclesia, & pro prælato ecclesie, can. scire debes, 7. q. 1. & pro maiori parte capituli, can. Apostolica, 63. dist. ¶ Secundo ꝑ accipitur ecclesia, pro loco ubi congregatio fit: cõtinens pro contento, vt apud D. Paulum, 1. ad Corin. 11. Nunguid non domos habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam Dei contemnitis? & confunditis eos qui non habent: eme pro edificio seu templo, can. de Fabrica ecclesie, can. in ecclesijs, de consec. dist. 1. item & pro re ditibus ipsius loci, cap. querelam, vbi glo. ne prala. vic. suas. ¶ Templum ꝑ dicitur ecclesiam que q; & a tuendo primum templum dictum, quocirca cœlum qua tuimur dictum templum natura: ab auspicijs in terra: similitudine, sub terra, auctore Varrone, lib. 6. de ling. Lat. Vocantur & Græcis templa uocantur, vt c. 6. stat ex edicto Maximiani, quo iubebatur, vt prædia & res Christianorum ecclesijs restituerentur, Niceph. Cali. lib. 7. histor. c. 38. quasi dicas domos domini, id est, Dei. Sic enim & alicubi scriptum legitur, D. Math. c. 21. D. Ioan. c. 2. dicentem Deum, Domus mea, domus orationis vocabitur. Et quia ea diuersoria etiam de eorum putabant antiqui: templa dixerunt ἑραῶν, ἑραῶν, & pluribus alijs nominibus, ἑραῶν ἑραῶν. Hinc & nos templum Dei, 1. ad Corin. 3. Vnde & Basilica quoque, id est, principis domus, can. omnes basilicæ, 1. 6. q. 7. can. omnes basilicæ, de consecra. dist. 1. regia domus vocabantur, & magnifica ædificia. Iussit & Plato templa domibus regalibus coniungi, Plato, lib. 6. de legib. Sicut & Octavianus Cæsar anno ab vrbe condita 726. in palatio templum Apollinis dedicauit, ac bibliothecas perfecit, Dion. Cass. lib. 53. Diæa & templa delubra, facella, bidentalita, De quibus Lilius Grego. Gyraldus, de Idolis gentium, syntag. 1. 7. item & tabernacula, can. in veteri, 77. dist. Quando autem cultus diuinus fuit publicus, fuerunt & vna loca quedam destinata cultui, & sacrificia & ministri horum. ¶ Aliquando ꝑ & in lucis sacra exculca: sicut & meminit Vnguius 7. 5. Aneid.

Templum Augustum ingens, centum sublime columnis, Horrendum sylvis ac religione parentum. Hinc sceptrâ accipere, & primos attollere fasces Regibus omen erat: hoc illis curia templum. Et iterum lares aiunt apud eundem Vrg. 7. An. Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. Ne: a tibi quam in nemotibus colebant numen antiqui Germani, Cornel. Tacit. de morib. Germano. Et fere eius motis erant omnes idololatæ, vt prope infinita loca sint sacra scripturæ, in quibus Deus populo suo lucos plantare prohibet, & plantatos demoliti iubet, Exodi, 34. Deuter. 7. 12. 16. & 3. Reg. 14. 15. 18. 2. Paral. 14. & 17. Iudith. 3. Esaiâ 17. Micheas 5. Fuerunt sola altaria ante templa, quia & ante & ex omni tempore ab initio seculi fuerunt sacrificia Deo oblata, vt constat ex sacrificijs Abelis & Caini, Genes. 4. & Noachi, qui & altare domino fecit, liberatus a diluuiio. ¶ Erant ꝑ in biteræ, & altaria loca quædam elatiora, vbi sacrificabatur, vnde ara quod area pura sit, Genes. 8. Berof. in 3. vel vbi victima ardebat, vel ab imprecationibus, quas Græci

12 rnuus erat. *I. si in aliquam 7. de off. procons. lib. 1. p. tit. 16. ¶ Por-*
ro ¶ in ecclesia reparanda vel retarcienda distinguendum est. In-
terdum enim ecclesie habent quandam portionem ædificatio-
nis causata destinata, & tunc illa pars proculdubio huic oneri ser-
uire debet. Olim episcopus tertiam partem singularum benefi-
ciorum accipiebat, vt facta tecta conseruaret ædificia: quod si ei
parti cessisset, qui eam accipiebat, onus iubilat. can. prescis, &
can. vno. 10. quest. 3. can. decernimus, 10. quest. 1. Erat autem pars
illa tertia præter aliam, quæ episcopo debebatur iure episcopi.
glosan dicit. cap. prescis, & vno. Quatuor quippe partes iure anti-
quo fiebant de redditibus, & oblationibus ecclesiarum: vna cleri-
cis dabatur ministeria obeuntibus sacra: alia pauperibus: tertia
fabricæ: quarta episcopali iuri. can. quatuor. & can. de redditibus,
12. quest. 2. cum similibus. ibi nota. Quod si hæc tertia pars fabri-
cæ destinata non sufficiat reparationi, æquum est, qui fructus per-
cipiunt contribuere pro rata & parte, quam percipiunt, cap. 1. &
cap. de his, de eccles. adific. can. si monachus, 16. quest. 1. videlicet ex
sententia prælati seu episcopi proprii, cui standum est. can. fin. de
his que sunt a prælat. sine consens. capit. Quemadmodum & vsus-
fructuarius ad facta tecta tenetur rerum quibus fruitur. l. usufru-
ctus legato. & l. hæc tenus, de usufructu. in p. l. cum ad quem. C. de
usufructu. Si tamen aliqua sit alia consuetudo parrochorum, qua
de suo id faciunt, erit obseruanda. ca. quicunque. & ca. hoc dicimus,
16. quest. 7. argum. cap. ad Apostolica, de simon. §. pro consuetudinibus,
de sanctissim. episc. & §. ad hoc scimus, de eccl. iur. coll. 9. l. priuile-
gia, & l. ad instructiones, C. de sacrosanct. eccles. Quod & tradit H. i-
ntient. in summa. iur. de eccles. adific. in princip. Interest enim illo-
rum, ædes restitui, vbi conuenire possunt, & sacrosancta mysteria
Dei accipere & audire: imo maxime ad id tunc cogendi sunt, cum
decimæ exigæ sunt, vel male solunt. Sapientque impendit de suo,
cum laborem suum contribuit ecclesiastica præposita persona:
quia suis stipendiis nemo teneatur militare. Et dignus saltem ali-
mentis sit, e. cum secus dum apostolum, de præbend. qui spiritalia
& a. vna cum periculis, suæ salutis, si male se gerat, dispensat.

13 ¶ Templocum ¶ immunitates plures fuerunt, partim com-
 mu. es cum rebus aliis ecclesiasticis, de quibus infra: partim pro-
 pria, velati ne in ecclesiis fiat tumultus, conuenticula, & quæ
 turbare possunt diuinum officium, c. 1. & §. 1. de imm. eccles. in 6.
 l. conuenticulam, de episcops & cleric. iudicia ne exerceantur, d. l.
 cap. 2. §. 1. de imm. eccles. in 6. ca. 1. eod. ap. Greg. 6. de causis sanguin-
 nis, eod. quamuis antiquis religionis esset, non auspiciati conuulsa,
 nec haberi senatum, nisi in inaugurato loco, in sano seu luce.
 Seruus sepe in 8. Æneid. Virgil. Vnde ne id in templo Vestæ fieret,
 illud non erat consecratum. Nemo olim quoque sepeheba-
 tur in ecclesia matryum, l. 2. C. de sacrosanct. eccles. exceptis in ca.
 nullus. 13. quest. 2. Eratque ius alyi c. 6. & 10. de imm. eccles.
 ritu. de iis qui ad eccles. confug. C. est titu de sacrileg. in ecclesia, vt
 alibi etiam latius docuit in criminib. sacrileg. & de asylo 5. Singula-
 re illud autem, ecclesiam non consecratam, in qua tamen diuina
 peraguntur officia, iisdem immunitatibus potiri, c. ecclesie, cap. 8.
 de imm. eccles. habetur quippe ratio cultus diuini, qui ibi Deo

14 exhibetur, non murorum aut parietum ¶ Quam obrem ¶ & quia
 in ecclesiis sacrificia, & dona offeruntur Deo, & preces: ibi alta-
 ria etiam sunt, in quibus & oblatio facta est ab antiquis patribus.
 Genes. 8. 12. Exod. 17. & melius, & ratio, in c. 20. & 29. & Leuit. 6.
 Iosue 8. 3. Reg. 7. & 1 Machab. 4. Et prouide sacrificabatur alta-
 re & consecrabatur, d. 2. cap. vt nunc quoque in ecclesiis con-
 secrabatur, ut de consecr. eccles. vel altar. Nec licet missas celebrare,
 præterquam in altari seu loco consecrato, nisi maxime egerit ne-
 cessitas, ca. si quis non alii. & ca. missarum, de consecr. dist. 1. &
 nunc nobis & sac. ficium & altare, vt ait D. Paulus ad Hebra. 13.
 15 ¶ At ¶ duplicis generis altare est, mobile, & fixum, glo. in cap. 1. de
 consecr. eccles. mobile dicitur portatile, quod transferri potest
 a loco in locum, lapis, inquam, quidam, continens in se feramen-
 tum consecrationis, & signo superposito: fixum autem & stabile
 est, quod non mouetur loco. Illud profanum fit amoto sigillo
 consecrationis, d. l. cap. 1. de consecr. eccles. hæc autem, cadentibus
 lapidibus, vel horum aliquo, contiguo consecrationis loco: vel
 si motum est sigillum, vel si tota mensa amoueatur, licet ibi foramen
 consecrationis non sit: quia dum altare est firmum totum,
 non solatubula vel alia pars, consecratur, vt notat Panermitan.
 in cap. 1. de consecr. eccles. vel altar. glo. in can. si motum, in verbo
 altare, de consecr. dist. 1. Ideo si tabula, cui ponit ficalis bene-
 dictio adhibetur, enormiter fracta vel amota sit, debet iterum
 consecrari, vt possit ibi offerri: cap. quod in dubiis, & ca. l. quicquid, de

consecr. eccles. 1. Machab. 4. Et sacri Christiatis in cælo & benedi-
 cto adhiberi, ca. altaria, 2. de consecr. dist. 1. matryum que sa-
 cra lipiana, can. placuit, eod. ¶ Adificatis ¶ & de talis ecclesiis, ea-
 rum sit dedicatio Deo simul per proprios loci episcopos, cap. 1.
 de relig. domibus. Neque interest quo die, dominico aut alio fiat.
 c. 2. de consecr. eccles. At facta dedicatione eximur in perpetuum
 ab omni vsu humanorum & profanorum negotiorum locus, &
 ædificio coherentia. ca. semel, de regul. iur. in 6. can. qui semel. 19.
 quest. 5. ¶ Erat ¶ proprie dedicatio, initiatio ecclesie, id est,
 ecclesie opere consummato, primum ei vsui cui destinata erat,
 accommodatio: vocant Hebraei חֲנוּכָּה chonucha, Numer. 7.
 & Nchem. cap. 12. quæ Græcis ἐγχευαία encenia, sicut & festum
 dedicationis templi vel altaris, vt D. Ioan. cap. 10. quod sit singulis
 annis, annuueriaria memoria. cap. solemnitates, in 1. & 2. de consecr.
 dist. 1. Mos enim antiquorum patrum agere aliquot diebus, libr. 3.
 Reg. 8. 1. & l. 12. 1. Machab. 4. cap. 1. de consecr. dist. 1. & de-
 iuceps singulis annis semel, in gratiarum actionem. D. Ioan. Eu-
 ang. cap. 4. 10. In altari portatili non est dedicatio festiua: quia v-
 bi que deferri potest, & vbique que ponitur, potest ibi constituere
 ecclesiam portatilem. ¶ Quemadmodum ¶ legitimus, Nicoph.
 Callist. lib. 7. Histor. eccles. cap. 46. Sazomenus lib. 1. histor. tripart. c.
 9. Constantium Magum curasse sibi fieri ecclesiam portatilem,
 quæ vbique locorum esset, & maxime in bello circum-
 ferri posset: ne, si in solitudine quidæ agens, vbi opus esset, Deum
 colere, & diuina mysteria participare deberet, ade facta careret:
 ad quam, veluc ad tabernaculum, semper præsto fuere sacerdo-
 tes & diaconi, sine intermissione ministeria diuina iuxta statas
 ecclesie ceremonias obeunt.

De rebus Ecclesiasticis, & primum de fide

catholica. Cap. 2.

Lib. 1. Decretal. tit. 1. Lib. 1. Sext. tit. 1. V. Rationale iuris Pontif.

Lib. 1. Clemen. tit. 1. Lib. 1. C. tit. 1.

- 1 Religionis causa præcipua apud omnes gentes.
- 2 Fides catholica, præcipua res Ecclesie. Ecclesia columna & fir-
 mamentum veritatis.
- 3 Fides quid sit.
- 4 Fides duplex, vna qua est ex scientia: Altera vero, qua ex opi-
 nione.
- 5 Apostata quis dicitur.
- 6 De fide catholica publice disputare prohibuitur.
 Fidei Christi testimonium Galeni ibid.
- 7 In religione pertractanda, duo sunt speces personarum.
 Catechumeni sacrosanctis Eucharistie mysteriis non intererant.
- 8 Diaconus qualis esse oportet ex D. Paulo.
- 9 Templi tres partes apud Iudæos.
- 10 Templum Cereris non ingrediebantur non initiati.
- 11 Religionis causas noluit aperio sero cognoscere Augustinus.

Apud Ethnicos, ¶ omnesque pariter gentes religionis causa
 præcipua visa est: veluti vita nostra ea constante, vt ait Pli-
 nius lib. 14. c. 19. cum ea sit fundamētum homar & societatis. Ci-
 cero, 1. de nat. Deor. vnde qua diximus lib. 39. Syntax. art. mira. c. 30.
 & Lactant. de ira Dei, c. 12. Tantaque curatus Romanis, vt nul-
 lus actus absque augurio vel pontificum, vel sine verum senten-
 tia fieret, decemque iuuenes filii principum Ethruie singulis
 annis mitterentur ad descendam rerum sacrarum peritiam. Valer.
 Maxim. lib. 1. cap. 1. Fuit & aliorum populorum locutudo circa
 suas superstitiones diligentissima. Verum de his nō referam plu-
 ra, quia salutarum religionum etiam non eclatara indigna est, quæ
 ore Christiano profetatur. Sed de vera agam relig. oue. ¶ Est ¶ fi-
 daque præcipua res in ecclesia, fides catholica, vnitatis scilicet fidei,
 cum ecclesia quippe sentiendum est catholico, nec ab ea disce-
 dendū, ne fiant schismata. e. quis nec sciat, 11. dist. Cypria. lib. 4. epist. 8.
 epi. ante eum Callistus, 1. 2. dist. can. non decet, & Iulius qui Athanasium
 restituit, c. nolite errare, 11. dist. Cuius causa & episcopi maioribus
 se submittere debent. D. Ambrosius in ca. 4. ad Ephes. D. Augustinus
 contra Donatist. lib. 2. c. 3. & Leo Magnus ad Athanasium episc. Thessal.
 epist. 32. c. 5. Per hanc Basilus Mag. us lib. de sp. in Sancto. impu-
 gnat Euanonios. Ad hunc interpretationem se refert D. Chy-
 lost. ad Corin. 1. 5. Hæc columna & firmamentum veritatis, ec-
 clesia, 2. ad Timoth. c. 3. Nec credendum, inquit D. Augustinus in euangelio,
 nisi ad hoc ecclesie auctoritas me compelleret. August. ad Paulum. Fi-
 dei acceptio: nes alibi pertractauimus 12. c. 1. opus non sit petere,
 diximus li. 39. iur. c. 1. 3. vide & Host. in summa. de summa iur. & fide
 cath.

Cath. Hic autē fides accipitur, pro iis quæ oportet Christianū credere ad consequendam æternam salutem & vitam, prout continetur in symbolo apostolico & Niceno, quod habetur in c. canonibus, 15. dist. & lib. 1. Histo. tripart. cap. 8. ¶ Fides ¶ itaque est, credere quæ sentit ecclesia apostolica & catholica, vt vnū Deū in trinitate personarum, l. 1. 2. ¶ *l. nos reddentes. de summ. trin. c. 1. eod. tit. ap. Grego.* & reliqua quæ in articulis fidei continentur, vt in *l. nos reddentes. de summ. trin.* & quatuor conciliis generalibus, Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi, l. 3. ¶ *l. nos reddentes. 4. § sciscipimus. de summ. trin. c. 1. quicunq; 8. de her. C. nouella. 103. Ea, inquit Honor. & Theodo. in l. de religio. lib. 16. C. Theodos. 11. 8. que circa catholicam fidem, vel ordinauit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiose constituit, vel seruitas nostra roborauit, nouella superstitione remota, integra & inuiolata custodiri precipimus. Fides, inquit Clemens Alexandrin. 4. lib. 2. format est duplex: vna quidem, que est ex scientia: altera vero, que ex opinione. Prima suppeditat ex diuinis scripturis, quæ sunt sacræ literæ, & ex ea quæ a Deo docetur sapientia. Disciplina ergo parere præcepit, quod est Deo credere: & fides Dei potentia, quæ est vis veritatis: vt illud *si habueritis fidem, tanquam granum sinapis, montem transferetis. D. Marc. c. 4.* Et rursum secundum fidem fiat tibi. *D. Lucas. c. 17.* Et mortuus resurgit per fidem eius, qui credit quod a morte esset resurrecturus. *D. Matth. c. 17.* Quæ autem ex opinione fit, demonstratio est & humana, quæ fit ex argumentis rhetoricis vel etiam dialecticis syllogisticis. Qui ab hac catholica fide in parte recedit, dicitur *hereticus*: qui in totum, *Apostata*. Sicut qui non recedit a fide, sed ab vnitate & concordia prælatorum, & ecclesiæ vnus, schismaticus: & qui nunquā recepit, est vel paganus, vel Iudæus. De hereticis & schismaticis, paganis & Iudæis, iam constituto loco criminum læsæ diuinæ maiestatis loquuti sumus, nec repeto. ¶ *Apostata* ¶ porro dicitur, defertor & proditor fidelis, qui omnino a fide catholica, & a Dei veri religionē recessit. l. 1. § 2. de *apostat. lib. 1. c. 11. r.* In quantitas antea per sacramentum baptismi fuit: quamuis & heretici apostatate a fide, cum ab aliquo articulo abeant, dicantur, & ita apostatate nominantur, *l. bi qui sanctam. C. de apostat. quia heretici extortes ab ecclesia sunt, ex nobis enim, inquit D. Iohannes, prodierunt, sed non erant ex nobis. D. Iohannes. 1. epist. c. 2. Et in vno peccans articulo, factus est omnium rarus. D. Iacob. c. 2. c. de *scilicet. de regul. iur. pud Greg.* Omnis quippe virtus ab vno vitio patitur detrimentū. *c. dolendum. de penitent. dist. 5.* Ita tanquam heretici, etiam apostatæ & defectores fidelis puniuntur, & feruenter, *l. fin. C. de apostat. ex utriusque omnibus Christianorum priuilegiis, l. 3. C. eod. vt etiam daret huius criminis delatio. & accusatio post mortem rei, in quinquennium, & restantem eius qui huiusmodi est, probato crimine irritum sit. l. 2. C. eod. Publicum hoc crimen, & pena capitalis in eum, qui aliquem ingenuum aut seruum, apostatate a fide eegerit. l. 4. § 3. C. eod. Itaque debet hæc fides catholica firma esse, & in dubitata: alioquin dubitans, hereticus censetur. *c. 1. de here. 6. ¶ Et* ¶ proinde de ea disputare, publice potissimum, prohibitum est. *l. nemo. 4. de summ. trin. c. maiore d. 24. q. 1. Tertullia. de prescri. hereticor.* Et quamuis discendi causa, inter pios interpretationis erudendæ causa, & ad conuincendos errores dubia mouere, haud omnino sit improbatum: attamē reuocare in dubium, quæ auctoritate principali maiorum decreta sunt, sacrilegium, *l. 2. de crimine sacrileg. & temeritatis plenum.* Non enim transgredi oportet terminos antiquos, quos posuerunt patres nostri. *Proverbio. c. 22.* Quod intelligitur etiam de fide. *c. transferunt, 24. q. 3.* Meminit istius legis Galenus, *Galen. lib. 2. de differ. pulsuum. c. 15.* teltis ab omni suspitione alienus, dum ait: *lex Christianorum & Mosaicorum, non licet de ea disputare: eam enim sine rationibus & demonstrationibus adipiscantur.* Et alibi *Galen. aduersus Archigenem. multo, inquit, prestaret aliquam apponere, si non formam, demonstrationem ad rationem sufficientem sermone de oculo qualitatis, vt ne quis initio statim, quasi in *Mosi & Christi scholam impingat, leges audiat, nulla constructas demonstratione, idque ubi minime deceat. Sicuti nec disputabant etiam Pythagorei, de his, quæ a Pythagora dicta erant, sed sufficiebat illis, *ait: ipse dixit. Absurdum autem fuerit, vt ait Clemens Alexandrinus lib. 2. st. omat. Pythagore quidem, scilicet, reuocatis eorum quærebantur demonstrationibus, illud, ipse dixit, fidem facere arbitrari, & ad ea quæ audierant confirmanda, hanc vocem satis esse ducere: eos autem, qui contemplandi tenentur desiderio, fide digno magistro, soli seruatori Deo fidem non habere, agere edientes eorum quæ dicuntur prebationes ab eo exigere. Et apud Cicero in sic dicit Cotta Lucilio, habes Balbe, quid******

Cotta, quid pontifex sentiat, fac nunc ego intelligam quid tu sentias: te enim philosopho rationem religionis accipere debeo. Maioribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, rationis est credere, refert *Lactant. lib. 2. de origin. error. cap. 7.* D. Paulus, noli verbis contendere: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionē audientium. 2. ad *Tim. 2.* Sicut enim *M. ysi* reuertunt *Iannes & Mambres*: ita heretici resistunt veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed ultra non proficiunt. *Exod. 7. § 2. ad Timoth. 3.* Res fidei sunt, quæ ingenium & rationis nostræ vires superant, vt humana ratione non possint omnino doceri, vt alibi docuimus, sobrie & cum diuino lumine de illis agendum est.

¶ *¶* ¶ non immerito in religione pertractanda sint duæ species personarum consideranda: vna, eorum qui credere debent: alia, eorum quos intelligere excellentius, vt docere possit, oportet. Non enim omnibus res sacræ profananda, nec omnibus omnia vulganda mysteria, cum propter dignitatem eorum, tum etiam propter altissima quædam & adyta, quæ vulgus capere non potest. Sicut dominus noster *Iesus Christus* ad discipulos, *vobis datum est nosse mysteria Dei: ceteris autem in parabolis. Matth. 13. Luca 8.* Et alibi, *non omnes capiunt verbum istud.* Quædam sunt, quæ alienis a religione tacentur: quædam quæ inter populares etiam Christianos filere debent, ne dum non intelligant, erroris sementem accipiant, *d. l. nemo, de summ. trin. C.* quæ tantum initiatis, factisque adscriptis ordinibus committuntur, vt pote in exercitio mysteriorum erudit. Neque Catechumeni in primo nascens ecclesiæ status, dum gentiles ad eam concurrerant, statim templa ingrediebantur quamdiu discabant, nec intererant sacrosanctis *Eucharistiæ* mysteriis. *Loquimur, inquit D. Paulus, 1. ad Corinth. 2. Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula, quia spiritus sanctus loquitur mysteria. 1. ad Corinth. 14. can. nulli, 1. q. 1.* Quare eum qui mysteria hæc nosse desiderat sanctissimi præceptoris, mundum, & a profano vulgo secretum, & sanctificatum esse oportet. ¶ *Diaconor,* inquit *D. Paulus, 1. ad Timoth. 3. oportet esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura:* Neque danda sunt sancta canibus, neque obedienda margaritæ porcis, ne forte concitent eas pedibus suis, *Matth. c. 7. c. in mandatis, 43. d. similes. c. nolite recedere, 11. q. 3. & canes conuersi ditumpant nos.* In templo Dei apud Iudæos erant tres templi partes: in extrema, populus: in secunda, sacerdotes: in tertia, sancta sanctorum, vbi semel in anno tantum ingrediebatur summus sacerdos, *ad Hebræos cap. 9.* quo loci ceteris alibi absconditæ erant res & diuina. Nec esse reuelanda mysteria in proverbis *Salomon* monet. *Et qui reuelat, inquit, mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. Proverb. c. 20.* Orpheus ab iis quos initiabat, in primo vestibulo cum terribili auctoritate religionis exegit, ne profanis auribus inuenta ac composita religionis proderentur. *Firmicus Maternus lib. 7. Malbosos. Sabellius in vita Augusti, c. 9.*

¶ Atque ¶ olim iis qui initiati non erant: templum *Cereres* ingredi nefas erat diebus initiorum, vt docet *Liuius lib. 31.* dum ait, duos iuuenes *Acarne*, tanquam ob infandum scelus interfectos fuisse, quod per dies initiorum, cum initiati non essent, imprudētes religionis, cum cetera turba ingressi fuerant templū *Cereres*: quæ fuit causa belli inter *Philippum Macedonum regem, & Athenienses.* *Euripides quoque, Euripid. 8. in Bacchicis, act. 3. de orgiis sic scribit:*

Pentheus, Τὰ δ' ὄργια δὲ τὴν ἐχρησά σοι:
Dionysius, ἀπὸ τὴν ἀρχαῖων εὐδίας θεοῦ.
Pentheus, ἔχει δὲ θεοῦ τὸν νόμον τὴν.
ὁ θεὸς ἀδύτου ὁ εἶναι δὲ εὐδίας.

Et postea idem *Dionysius, δὲ τὴν τὴν, ἀμάρτη σοῦ κέρων, ἐν δ' ὄργων.*

id est,
Pen. Hæc vero Orgia, quam speciem habent tibi,
Dio. Non dicenda sunt, non initiatis Bacchicis.
Pen. Quam autem vilitatem sacrificantiū sermone?
Dio. Non fuit est te id audire, quanquam sit dignum scitis.
Dio. Apud ignarum & rudem de mysteriis loquens, parum videtur sapere.

Sic a sacrificiis arcebant profanos antiqui *Ethnici*, id est, non dum sacris initiatos, ita *Ouidius 17. Metamorph.*
Hinc procul Æsonidem, procul hinc iubet ire ministros
Et monet arcans oculos remouere profanos.

† autem, alius a baptismo D. Ioannis, qui erat penitentiae tatum, *Matth. c. 3.* Baptismus nomen generale est, ad omnem lotionem seu ablutionem pertinens, ex vi nominis a Graeco βαπτίζω, abluo, immergo. Et D. Athanasius *lib. de diversis quæst. q. 13.* octo species baptismi describit, nempe primum diluuii, quo peccata excissa sunt, *Genes. cap. 7. & 8.* 2. in maris rubri transitu, *1. ad Corinth. c. 10.* in quo, aqua, nubes, & ignis, & in nostro aqua & Spiritus sanctus. 3. legalem, quo immundi lauabatur: & ita purificati redibant in castra, *ecclesia. 34. Marci 7. Iudith 12.* 4. D. Ioannis baptisma, introductorium nondum tamen omnino spirituale, sed ad penitentiam solummodo, *Actuum, 1. & 19. & Diuus Ioan. Euang. c. 1.* *Marc. 9.* 5. Domini nostri Iesu Christi, totum spirituale. 6. lacrymis constans, vere laboriosum, *Psal. 6. vt. laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* 7. per martyrium & sanguinem, quo dominus noster Iesus Christus baptizatus est, *Marci 10. Lucæ 12.* 8. non salutare, quod sine fine punit peccatores. Breuius nostri omnes distinguunt baptismum tripliciter, sanguinis, flammis, & fluminis, *c. baptis. de consecra. dist. 4. c. catechumenum, eod.* Sanguinis, cum quis martyrium fert ob Dei nomen, antequam baptizetur aqua: qualis latronis in cruce, & sanctorum innocentium, *d. can. baptis. & c. catechumenum, ca. firmissime, 15. q. 1.* Cyillus Hierosolym. *catech. 3. illuminato.* Id ipsum & Basilus Magnus, de Spiritu sancto, *c. 15. reitens,* inquit, terram saluator per crucem & in latere vulneratus sanguinem & aquam emisit: ut alii quidem pacis tempore in aqua baptizarentur, alii autem tempore persecutionis in propriis sanguinibus. Flammis baptismus est, quando quis per sanctum Spiritum mundatur, dum fidem suam coram persecutore conficitur, & dum inuito errore ductus, credit se fuisse baptizatum hoc baptismo, & baptizatos fuisse apostolos & discipulos tradit Cyrillus Hierosolymita. *catech. 3. 12. 17. & Actuum 2.* Quamuis Tertullia. *probet. lib. de baptismo, c. 13. ca. quando, & can. seq. de consecra. dist. 4.* & apostolos fuisse baptizatos baptismo aquæ. Atq; Nicephorus Calisti *lib. 2. hystor. eccles. c. 3.* citat Euodiam apostolorum successorum dicentem in epistola, quam vocat *q. 8.* seu lumen, Christum dominum suis manibus baptizasse tactuamodo Petrum. Petrum autem Andream, & filios Zebedæi: hos autem alios apostolos. At discipulos 70. baptizasse Petrum & D. Ioannem dictum Theologum. Quamquam apud D. Ioannem dictam sit, *c. 4. & ca. quando, de consecra. dist. 4.* quod Iesus non baptizabat, scilicet per se, sed discipuli eius in nomine eius. Basilus Magnus, baptismum ignis etiam dicit probationem, quæ fiet in iudicio, *D. Basil. Mag. lib. de Spiritu sancto, c. 25. ex c. 3. D. Matthei, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & ignis.* & *1. ad Corinth. c. 3. vnusquisque opus quale sit, ignis probabit.* Dicimus autem baptismum flammis, & fluminis liberare a peccatis originali & actualibus, *can. regenerans, & can. paruuli, de consecra. dist. 4.* atque tantumdem operari flammis: ac baptismum fluminis: quando non per contentum emittitur baptismus aquæ, sed in articulo quis necessitatis incidit, qua non potest assequi baptismum aquæ, *d. ca. baptis. vicem, in 2. de consecra. dist. 4.* ¶ Baptismus fluminis sacramentum est in ablutione corporis adhibita præscripta forma verborum. Et ibi duo obseruanda, aqua pro materia, & verba pro forma, ex quibus animæ mundatio iudicatur, & regeneratio. De materia, dictum nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei, *D. Ioan. euang. c. 3. in ca. non te, de bapt. ca. regenerans, & de consecra. dist. 4.* ¶ Et aquam naturalem non necessarium esse dicentem decreuit concilium Tridentinum esse anathema, *s. c. lro. 5. tit. de sacra. bapti.* Et in concilio Florentino id ipsum statutum, hancque aquam veram esse, & naturalem debere: nec interesse sitne frigida, vel calida, prohibitis aquis factitiis, qualis rosacea, 5. mufcata, aliusve similibus & aliis liquoribus: ¶ Nec tamen omnis aqua naturalis, per se ad remissionem peccatorum efficax, nisi Spiritus sanctus in eam descendat, eamque consecret, *ca. per aquam, de consecra. dist. in. can. paruuli, eod.* Quod fit accedente verbo ad elementum, & forma adhibita, *can. de rabe, 2. q. 1. ca. pen. de baptis. virtus enim Domini nostri Iesu Christi operatur in hoc sacramento, can. baptis. in 1. de consecra. dist. 4.* Atque ita verus baptismus delet ita peccatum originale, & actuale, *ca. regenerans, & can. paruuli, de consecra. dist. 4.* Cum enim duplex sit homo, ex anima & corpore compositus: duplex quoque purificatio, corporea quidem, & incorporea: corporea vero fit corpori, & aqua sane mundat corpus, spiritus autem signat animam, vt ablutit in corpore aqua munda, & repargit in corde, accedamus ad Deum, vt scribit Cyrillus Hierosolymita. *catech. 3. illuminator.*

¶ Qui t. & postea tradit *catech. eadem 3.* causas, cur potius materia eius sacramenti aqua, quam aliud, primum, inquit, quia vnus ex quatuor elementis. 2. quia cælum, angelorum habitaculum, at ex aquis sunt cœli. 3. terra hominum locus: at ex aquis etiam terra. 4. ante rerum omnium creaturarum distinctionem sex dierum, spiritus Domini ferebatur super aquas. 5. principium mundi aqua. 6. principium euangelii Iordanis. 7. liberatio Israel a Pharaone per mare facta & liberatio a peccatis mundi per lauacrum est aqua in verbo Dei. 8. vbiunque fœdus inter Deum, & homines: ibi & aqua. Post diluuium fœdus percussum est cum Noe, fœdus cum Israele in monte Sina: verum hac non sine aqua, & lanarubea. Prius Hebræi enim transiit Iordanem, deinceps in cælum raptus est: ipse ablutur summus sacerdos factus. Symbolum Baptismi, erat labrum positum in tabernaculo veteris testamenti: Finit & initium noui, est baptismus. Referam & quædam, quæ non erunt indigna lectu, conspirantia ad huius aquæ materiam ex prædictionibus factis antiquorum prophetarum, vel ex typo seu figura legis antiquæ. Et primum annoto, istius baptismi aquæ præfigurationem, in baptismo Aaron & filiorum eius, in Exodo, *cap. 29.* Secundo audi Rabinum Barrachiam, dum explicat illud, *Quid est quod futurum est, in c. 1. eccles. Sicut fuit redemptor,* inquit, primus, sic erit & vltimus: redemptor primus, scilicet Moyses, fecit ascendere puteum, sicut habetur *Numero c. 21.* Sic redemptor vltimus, qui est rex Messias, faciet ascendere aquas: sicut habetur in *Iobele c. fin.* Et fons de domo Dei egredietur, & irrigabit torrentem spinarum: Per torrentem autem spinarum, intelligitur multitudo peccantium. Prædictam & illud per *Esaïam, c. 44. noli timere serne meus Isac, & rectissime quem elegi, effundam enim aquas super stertentem, & fluentis super aridam, effundam Spiritum meum super semen tuum, & c. 4.* Et per *Ezechielum, c. 3. 6. effundam super vos aquam mundam, & emundabimini ab omnibus iniquamentis vestris.* Explicat & r. Rabini in libro *Iouia Hierosolymita. illud Genesios, 49. cap. Lauabit in vino vestimenta sua, & c.* de baptismo, a sancto Messia postmodum ordinando. Adde *6. Zachariam, cap. 13.* dum ait, *in illa die erit fons patens domui David, & omnibus habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatorum, & menstruate.* Postquam & *7. Esaïam cap. 14. dixit de lauatore, ecce Deus meus, si dicialiter agam, subdit, baurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, de fontibus, id est, de latere, ex quo exiit sanguis, & aqua, D. Ioan. euang. cap. 19.* Vide & ad id faciem textum in *c. fin. Esaïæ, ibi, ecce intelliget seruum meum, & c.* quem de Messia intellige secundum paraphrasin Chaldaicam. ¶ Sed t. & apud Ethnicos expiationes, & veluti purgationes per aquam fiebant, & qui superis sacrificabat, se aqua immergebat, vt innuit *Vulgillus, 4. En. ibi, Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates, Me bello ex tanto digressum, & cede recenti Attrebare nefus, donec me summo vino Abluero.* Et expiati aqua crimina posse antiqui putarunt testimonio *Quidii, 2. Fastor.*

Omne nefus, omnemq; multo purgamine carissum
Credabant nostri tollere posse ienas.
Gracia principum moris fuit: illa nocentes
Impia lestratos, ponere facta perat.
Abiudem Pelens, ipsum quoque Pelæ Phoci
Cede per Homonias soluit Acastus aquas.
Et postea,
Ab nimium faciles, qui tristia crimina cadis,
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Narrat Athenæus, *lib. 9. Dipnosopbi. cap. 27.* quod xpsus erat antiquis aqua, in qua torrentem ex ara capientes tingebant, super qua sacrificia peragebant, ea que aqua circumstantes asperxerunt, ac purgasse. Meminit & de lotionem Atheniensium, qua purgabant extercandos. Ceterum Ethnicis quidem vsurpata est ad expiationem aqua, quæ tamen non sufficit: ideo nec baptismus illorum sanctificabat. Sic *D. Ambrosius, tomo 4. lib. de his qui inuasiunt. mysteris, cap. 5. & 6. cognosce quia aqua non mundat sine spiritu.* ¶ Ideoque t. legisti, quod tres testes in baptismate vnus iunt, aqua, sanguis, & spiritus, *2. D. Ioan. c. 1.* Quia si vnus horum detrahas, non stat baptismatis sacramentum. Quid enim est aqua sine cruce Christi? elementum commune sine vilo sacramenti effectu. Nec iterum sine aqua, regenerationis mysterium est: nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi in regnum Dei, *D. Ioan. euang. c. 3.* Et postea idem *Ambrosius, v. c. 1. tur. quod non sunt vaseque aqua, sed in natatoria piscine dictum est, descendere angelis & mouere aquas, si d. nemo sanabatur, quin descenderet*

angelus. Monebatur aqua propter incredulos, ibi creatur operabatur, angelus scilicet: hinc autem Christus auctor creature: illis signum, tibi fides: illic angelus descendebat, hic Spiritus sanctus, & descendit columbe specie Spiritus sanctus super Christum, D. Ioan. euang. cap. 1. cum baptizaretur. Et Diuus Chrysoctomus de aqua baptismi loquens, tomo 1. homil. super psalmum 22. Hec aqua, inquit, primum tenet in elementis, sed cum istud elementum acceperit Spiritum sanctum, fit sacramentum: & iam non erit aqua potationis, sed sanctificationis: non erit aqua communis, sed refectionis. Per istam aquam educit purgatos, facit perfectos, ratione claritatis & gratia illuminans, & replens eos, ut ubi abundauerit peccatum, faceret diuinites in gratiam. ¶ Forma substantialis ideo cum immersione baptismi est, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, c. 1. de baptismo. c. quodam, c. multi, distin. 4. Basil. Magn. lib. de Spiritu sancto, c. 12. Nec alio modo verba illa proferri debent. Quia de re exemplum singulare exstat apud Nicephorum Calixt. lib. 16. histor. c. 15. Cum enim, inquit, quidam Episcopus Arianus, cui nomen Deuterius, baptizaret Constantinopoli quendam dictum Barbam extra formulam ecclesie, veluti traditionem abolens, dicens: Baptizatur Barbas, in nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto: ecce vnda, qua in sacro lauacro erat, repente euannit. Et Barbas inde profugiens, hoc miraculum omnibus promulgauit. Eunomii Euticani heretici baptismum corrumperant: non enim in trinitate, sed in Christi morte baptizabant, ut ait Socrates, lib. 9. historia tripar. c. 40. Actum 2. Fuit tamen in ecclesia primitiua aliquandiu formula baptizandi, in nomine Iesu, ut nomen eius propagaretur inter Iudeos, glosa in ca. a quodam, de consecrat. distin. 4. Interp. c. 1. de baptis.

10 ¶ Adhibentur tamen huic sacramento ab ecclesia alia ceremonie, quae vim sacramenti exhibent, & veluti ante oculos proponunt. Quare ita apud Clementem lib. 7. constit. apostol. c. 23. de baptismo sic Apostoli statuunt, baptizandum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sed prius baptizandum vnguentum oleo, de hinc baptizandum aqua postremo consignandum vnguento: ut vnctio, sit participatio Spiritus sancti: aqua, sit symbolum mortis: vnguentum, signum passionum. Et si desit oleum vel vnguentum, sufficit aqua & ad vnctionem, & ad signum. Et ad vnctionem morientis vel potius commorientis. Addunt Clemens, d. lib. 7. ca. 39. 40. 41. 42. ante baptismum Catechumenos in fide renuntiare oportere operibus diaboli, & mundi, & cultui principis eius, angelis & machinationibus eius: postea confiteri debere fidem, Credo, &c. priusq; oleum benedictum esse debere, in remissionem peccatorum. Et Dionysius Areopagita tradit, lib. de ecclesiast. Theolog. c. 2. in primis interrogandum esse baptizandum, antequam ecclesiam ingrediatur, num velit esse eius professionis? id est, num velit esse fidelis: & post confessionem, sacerdotem ei imponere manum, eumq; signando iubere sacerdotibus eius deferri virum, & anadochum, id est, eum qui eum duxit seu fidei iustorem, seu patrem iustitiam, quem vulgus vocat patrinum. Dehinc eum iubere, introductum exui, per ministros in occiduis intentum, ad quam partem manus leuantem iubet ter exsufflare diabolo, & ita mori priori vitæ. Iubendum ei ter renuntiare Satanz, & ea quæ sunt abrenuntiationis, confiteri: ter postea confiteri, & eloquia Dei promittere seruaturum, hinc fieri orationem super eum, exui omnino, vngendo oleo vnctionis ter, tribus crucibus postea sanctificandam aquam, nominari eius nomen a sacerdote, præsentem attestante anadochoternis immersionibus & emersionibus baptizandum, in testimonium, quod tribus diebus Christus in sepulcro fuit, cuius munere sanctificatur: vnguento postea signandum in testimonium, quod patreiceps potest post hac fieri Eucharistia: veste noua induendum, tanquam nouam vitam innocentem adeptum. Et rursum idem Dionysius Areopagita scribit, de ecclesiast. hierar. cap. 7. iisdem abrenuntiationibus & solemnibus obseruatis, pueros baptizandos. Nam ibi & puer, non anadochus vere eadem facit, neq; enim hoc, inquit, ait puer, sic ego pro puero abrenuntiationes aat sacras confessiones facio: sed quia puer abrenuntiat, hoc est, confiteor pueri credere in sensum sacrum. Nihil ergo ut existimo insequens, si secundum diuinam anagogen puer educatur, duce & anadochum (id est, patrem iustitiam) sacrum habens habitum si bi diuinorum insinuantem, & custodem peritum a contrariis. Refert & Tertullianus, lib. de corona milit. & de baptismo, has sollemnitates baptismi ab Apostolis originem ducere. Renuntiatio nem fieri diabolo, pompæ, & angelis eius, adhiberi manuum impositionem, inunctionem, & alia. Ex eorum institutione, priusquam ad baptismum ducantur ba-

pizandi, exorcismis & exsufflationibus clericorum prius Satanam ab eo obigi debere, & docet D. Chrysoct. tom. 1. in homil. de Adamo & Eva. in cap. 15. ad Corinth. & D. Augustinus, ad Sixtum Romanum presbyterum. Siftendum primum puerum ante fores templi baptizandum, & nomen petendum illius, diximus ex D. Dionysio Areopagita probari, & ex concilio quoque Carthaginensi 85. cui interfuit D. Augustinus. Exsufflationes diaboli fuisse factas in baptismo probant DD. Chrysoctomus, homil. de Adamo. Augustinus, de ecclesiast. dogmat. ca. 31. & epist. 105. & lib. 4. de simbolo ad Catechumenos, & lib. 2. de gratia Christi & peccator. Origen. cap. 40. Quid autem ista significant, vide in capit. postea, vique ad cap. venit sacerdos, de consecrat. distin. 4. quart. De sale quod baptizandis imponitur, Origenes meminit Catechumenos alloquens, homil. 6. in Ezechiel. Quod postea exorcizandum diabolus, docet D. Augustinus, libro de fide & operibus. Fiebant autem exorcismi, teste Dionysio Areopagita, adhibitis super baptizandum grauibus verbis, impositione manuum super caput, & signo Crucis. Catechismum olim exorcismus in adultis baptizandis sequebatur, cap. sine parvuli, vsque ad capit. venit, de consecrat. distin. 4. August. lib. de simbolo ad Catechumenos. & adultos baptizandos oportebat prius symbolum fidei dicere ex concilio Laodiceno, in conc. Laodicensi. ca. 46. c. baptizandos de conse. dist. 4. Instruebantur quippe ante baptismum Catechumeni, ut plerumque per octo menses, vel tempore alio arbitrario, cap. Iudai, cum sequentibus, de consecrat. distin. 4. Inducebatur & adultis baptizandis penitentia interior non exterior, ca. omnis, & seq. ca. sine penitentia, de consecrat. distin. 4. Adhibuit inter baptizandum & olim verbum, Epheta, quod est aperire, ex cap. 7. D. Matthæi, tangendo aures, Ambrosius lib. 1. de iis qui inuitant. mysteriis, & lib. 1. de consecrat. cap. 1. Rabanus, de instruat. clerico. Meminit & de luto, quod oculis imponitur cum sputo, D. Ambrosius, dicens adici, ut cogitemus humanæ naturæ infirmitatem, & agamus penitentiam, D. Ambrosius lib. 3. de sacramen. ca. 12. Renuntiationem quoque iteratam, quæ fit rursus in baptismo, esse ex institutione apostolica, constat ex Dionys. Areopag. Hieronymo, in cap. 6. Amos. Ambrosio, in episto. ad Colossen. lib. de sacramen. Augustino, lib. 2. de symbo. & 2. de gratia Christi, & peccatorum. Quod baptizatus post renuntiationem vngatur ter, ex traditione esse quoque apostolica decimus ex Dionys. Areopag. & Clemente, lib. 3. recognit. & alibi ut predictum est, Origenes, in Ezechiel. homil. 7. Ambrosio, lib. 1. de sacramen. cap. 2. Augustino, cant. ecclesiasticarum, 11. distin. Cur autem vngatur baptizandus oleo Catechumenorum in pectore, inter scapulas, & chrismate in vertice, docet etiam Innocentius 3. in c. 1. de sacramen. vnt. ap. Greg. Datam quoque antiquitus baptizato cereum accensum; nos docet Prudentius, in hymno ceres paschalis. Ataque baptismi ante necessitatem, debere consecrari docet Dionysius Areopagita, lib. de ecclesiast. hierar. par. 2. cap. 2. trina crucis impressione, cum oratione & invocatione, & hoc de congruo, non de necessitate, ut ait Bonaventura, in 4. senten. distin. 3. extra sacerdotem in ecclesia baptizantem: nam sacerdotes in ecclesia semper debent benedicere. Ita baptismatis aquam debere benedicere, dixit Basilius Mag. de Spiritu sancto, cap. 27. Cyprianus, lib. 1. epist. 12. Ambrosius, lib. 2. de iis qui inuitant. myster. c. 3. & lib. 1. de sacramen. cap. 5. Augustinus, lib. 6. de baptis. contra Donatist. & tracta. 8. in D. Io. & epist. ad Iannarium, 118. Proinde sacri fontes in ecclesiis parochialibus sunt, vbi tantum licet baptizare: exceptis quibusdam casibus, & si de filiis regum agatur, vel urgeat necessitas, quæ non patitur ad ecclesiam vsque differri baptismum, prout ex concilio Viennensi decreuit Clemens 5. in clem. vni. de baptismo. Trinam emersionem olim in aquam constat factam fuisse ex Tertulliano, & aliis, in memoriam triduanæ sepulture Domini, quod & alii omnes probant, D. Augustinus in can. postquam de consecrat. distin. 4. Leo. epist. 4. c. 3. Cyrill. Hierosolymit. catech. 3. mystagogica. Veruntamen, & vaicam emersionem & intinctionem etiam sufficere, cum forma placuit, concilio Toledo. 4. cap. 6. lib. 1. Registr. epist. 41. ca. de trina de consecrat. distin. 4. quia vna est resurrectio Domini, cum quo in baptismo, sepulti resurgunt. Antiquum quoque D. Augustinus tradit, epist. 23. respondens Bonifacio de ba. parvulorum, & lib. 4. de Bap. cont. Donatist. c. 14. suscipientem in baptismo, quem anadochum dici constat apud D. Dionysium Areopagitam, fidem & confessionem polliceri, vel testari de fide & consensu baptizati. Diximus & ex Dionysio Areopagita, baptizatum vngi debere chrismate, quod & Tertullianus, lib. 1. contra Marcionem. Ambro-

Ambrosius, *lib. de his qui in initiation. myste. c. 6.* Rabanus, conciliumq; Laodicense probant, in concil. *Laodicensi.* Atq; velle alba indutos fuisse baptizatos, vulgare est, & plures testantur, *lib. 11. Hist. tripart. c. 14.* Ambros. *lib. 1. de his qui in initiation. myste. c. 7.* ratione q; in promptu sunt, *ca. postquam, de consecrat. distin. 4.* De his omnibus etiam tractat Cyrillus Hierosolymita. *cateche. mystagogi. 3. §. 1.*

11 ¶ Cum h̄ his considerare etiam oportet personas baptizantis, baptizati, & sponforum seu anadochorum, qui patres iustitici, patrimi, matrimi a ve vulgo. Nam hoc sacramentum non datur, nisi a sacerdotibus, excepta causa necessitatis: neque alibi baptizari quis debet extra necessitatem, quam in ecclesia per proprios sacerdotes, non in abbatia, non in monasteriis, ubi esse baptisteria prohibentur, *ca. pridem, 18. questio. 1.* In necessitatis causa autem quilibet potest baptizare hac forma, aspergendo in baptizandum aquam, ego te baptizo in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti, *ca. diaconos, 93. dist. ca. constat, de consecra. di. 4. c. prater, §. verum, & §. porro, 32. dist. ca. si quis, 2. 4. quest. 1. cap. ista, & seq. 32. quest. 4. c. 1. de cler. non ord.* Etiam pater qui generavit: nec id eo a matrimonio vel copula vxoris arceatur, *can. ad limina, 30. q. 1.* Baptizari ita tunc pagano & Iudæo possit, si in forma & intentione ecclesie faciat, *c. Romanus, de consecrat. dist. 4.* & ab alio peruerso homine quolibet, dummodo ne male detur, *c. secundum, 19. distin. can. si inter. cum seq. de consecrat. dist. 4. ca. baptismus, ead. 4. dist.* Seipsum tamen nemo baptizare potest, quantumvis materiam & formam seruet, *can. de vitium, de baptis.* Inuenio tamen in concilio Elbertino, in 38. fideles quoscuq; in casu necessitatis, longe ecclesia posita, posse Catechumenum de vita periclitantem baptizare, excepto bigamo, forsitan alii adfuit. Sed num ab heretico baptismus dari possit, questione non caret. Ceterum, vt breuiter me ab ea expediam, placet & ab heretico dari posse, si in forma ecclesie baptizet, & si nihil demat ex substantiis: nempe vt aqua baptizet, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, *can. distin. est a Domino, §. quod vero, cum 2. c. seq. 1. q. 1. Magister Sent. li. 4. dist. 6.* Ita mihi videtur intelligendus D. Cyprianus, *lib. 1. episto. epist. 6. & lib. 2. episto. epist. 1. & episto. ad Iulian. & alibi, epist. ad Pompeianum contra epist. Stephani, & com. 2. & 3. c. in conc. il. Carr. ea de re. dum summis contendit argumentis, baptizare non posse hereticos, & ab iis baptizatos, esse non quidem rebaptizandos, etenim non fuisse baptizatos contendit: sed baptizandos in ecclesia, quod ipsi fidem ecclesie non haberint, nec intentionem. Alioquin certe erronea esset opinio, nam ecclesia recte defendit, sacramento merito non pendere vitam ministrorum, sed a Deo, *D. August. contra Cresc. cap. 17. 20. 21. & 29. Optatus Mileuita. 2. contra Parmen. & 5. August. per Ioan. vrbat. 5. 1. par. cap. baptismus talis, de consecra. distin. 4.* Et ideo vere forma obseruata ecclesie, esse baptismum. Suppleri tamen reliquas ceremonias placet, & inspersionem aquam cum hac conditione: Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, &c. *can. 2. de baptis. ca. si nulla, de consecra. distin. 4. ca. ecclesia, vel aliter, & can. solemnitas, de consecrat. distin. 1.* Sic & in baptizatis per alios, quam per sacerdotes, vel per hereticos, vt per laicos in casu necessitatis, suppleandum est, in concil. Elbertino, *ca. 38. vt exemplum firmat, quod refertur a Nicephoro Calisto, lib. 3. histor.**

12 *eccles. cap. 37.* Accidit, inquit, ambulanti bus Christianis simul cum Iudæo per loca deserti passim simul cantantibus, vt Iudæus proxime se putans moriturum in itinere, Christianos obstretatus fuerit, vt se baptizarent: & coacti illi, cum non esset ibi nec aqua, nec sacerdos, tamen eum nudatum, arenam nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizauerunt: & statim Iudæus bene se habuit. De quo consultus Alexandria episcopus, obstupens, qua omissa erant tantum ex

13 baptismum, suppleuit, addita aqua. ¶ Refertur & suppletas fuisse ceremonias in baptismo Iudæi pueri factas a pueris Christianis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, cum iuxta litus natus, atque initiatus essent ceremoniis ecclesie. Miraculum certe, & diuina potentia exemplum, curatum fuisse Iudæum per baptismum arenæ propter eius fidem: verum baptismum illius forma sine materia fuit: & dubium, num quod corpori profuerat, animam etiam emundasset a peccatis. ¶ Sicut & legitimus, *lib. 2. Iurisdictional. in consuetud. Luca patri archie. Constantinopolitani, de infantib. captiuis baptizandis, p. 146.* Agarenos seu Turcas petere ab orthodoxis sacerdotibus baptismum, non tamen bona fide, nec orthodoxo proposito, sed propter corporalem medicinam: persuasum esse enim Agarenis, suos liberos a dæmone vexandos, & oleum tanquam canes male, nisi baptismum a Christianis assequantur. Scriptum quoq; vero baptismate Constantinum Magnum

a lepra curatum fuisse, *Niceph. Callist. lib. 7. histor. c. 23. & 25.* Porro persona, quæ baptizati possunt, sunt pueri, & adulti: exceptis expressis prohibitis. De adultis etiam heretici sentiunt, & ante docuimus, quia & illi audiunt Euangelium, *Euntes in mundum vniuersum predicare Euangelium omni creaturæ, baptizantes omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Matth. 28.* Et rursum, *Marc. 16. c. maiores, de baptis. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui non crediderit, condemnabitur.* Quæ verba de idoneis intelligenda, iuxta vulgarem iuris vtriusque regulam, *vt gradatim, de munerib.* Nam adulti dormientes, vel amentes, non possunt cum effectu baptizari, *c. maiores, §. sed adhuc, de baptis. ap. Gregor. nisi & ante somnum, vel amentiam baptizari voluissent, d. c. maiores, §. item quaritur.* ¶ Item h̄ baptizati semel, iterum baptizari non debent, *c. fin. de baptis. tit. ne san. baptis. reter. C. Clemens, lib. 6. constitutio. apostoli. ca. 15. ca. rebaptizare, de consecrat. dist. 4. Cypria. de baptis. Christi, & sermo. de ablutio. pedum.* pena vltimi supplicii inducta, *l. 2. ne sanctum baptis. reter.* & priuatione sacerdotii rebaptizanti, *l. 1. C. cod. tit. & aliquando 10. librarum auri, l. fin. C. cod.* Comprobatum hoc fuit miraculo, in Iudæo ætusatore pecunie per baptismi iterationem: is enim, vt refert Nicephorus Calixtus, & Socrates *lib. 1. 4. Instit. c. 17. & Socrates, lib. 11. hist. tripart. cap. 14.* se baptizati sæpe fecerat, vt inde pecuniam acciperet: cum autem peruenisset ad Paulum Noatiocorum episcopum, & baptismum ab eo postulari, ipse illi promisit, sed antea instraxit in fide, & ieiunium imposuit: quo præter spem imposito, Iudæus vt suo voto potiretur, insitit: quod & non distulit Paulus, sed baptisterium repletum aqua ingredi iussit Iudæum. Quo ingresso statim aqua emanuit, & ministris putantibus aquam alitunc effusam, iterum aliam aquam infuderunt, quæ & statim emanauit. Quare Paulus cognita ad eum dixit, Vel ignorare videris te baptismum adidisse, aut flagitium, o homo facis. Ad quam rem nouam plaribus occurrentibus, cognitum est illum Iudæum alias fuisse baptizatum. Vnus dominus, vna fides, vnum baptismum. Et explicat Cyrillus Hierosolymita. in *procatheche. qui scienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & grauissima poenitentia tantum reformantur, can. eos quos, de consecrat. dist. 4.* suntque irregulares, *can. qui bis, & seq. de consecra. dist. 4.* nec ad ordines sacros debent promoueri, etiam si ignoranter bis baptizentur, *can. qui in aliquo, 51. dist. can. confirmandum est, 50. distin.* ¶ Sed h̄ & baptismum puerorum fatere necesse est, sic enim & fides recte sentit catholica ab apostolis morem retinens, *Dionys. Areopag. lib. de ecclesia. hierar. c. 7. In concilio Africano, apud D. Cypria. D. Aug. lib. 10. sup. Genes. cap. 23. & duobus libris ad Marcellinum. Hieron. lib. 3. aduersus Pelagianos in concil. Mileuitano. c. 77. can. non illud, de consecrat. dist. 4. & eos egere baptismum, vt pote secum ab vtero matris labem peccati ferentes, in iniquitatibus & peccatis conceptos, Psalms. 50. vt & in Adamo omnes moriuntur, 1. ad Corin. 15. & omnes ex eius fermento quippiam referunt. Et proinde mundatur isti quoque, que necesse est lauacro regenerationis, sine quo nemo saluandus est, D. Ioan. Euan. c. 3. alioquin interitui æterno obnoxii. Quemadmodum circumcisionis tempore, cui successit baptismus, anima eius qui non fuisse circumcilius, debebat de libro vitæ, *Genes. c. 17.* Originali peccatum quod traxerunt sine suo facto paruuli, per baptismum & sine illorum expresso consensu, remittitur: quod aliter in adultis, qui actuali polluti consensu, sine consensu expresso abluui non possunt, *ca. maiores, in princ. & §. 1. de baptis.* Vnde paruuli quam citius fieri potest baptizandi sunt, tum vt a potestate diaboli eruantur, tum etiam ob periculum imminentis mortis, cum qua sine baptismum damnantur in æternum, *can. venerabili. de consecrat. dist. 4.* Debet tamen puer esse natus, nam intra vterum matris nequit baptizari, *cano. qui in matris, ead. 4. dist. de consecra. restantur autem parentes iustitales fidem puerorum, & asserunt, quam ipsi tacite profitentur. Quare in pueris baptizandis obseruatum est a tempore Apostolorum, vt patres naturales infantes baptizandos tradant aliquibus ex fidelibus, qui offerentes sacerdotibus spondeant, se iuxta sanctam vitam eos educaturos, & fidem pro illis fateantur, & abrenuntiationes respondeant, *Dionys. Areopag. de ecclesiast. hierar. cap. 7. Diuus Augustinus lib. 4. de baptis. contra Donatist. & epist. 23.* Et Optatus Mileuita. *lib. 5.* fidem eius qui spondet pro baptizato, prodesse baptizato docet, *placuit, inquit, fides mulieris deprecantis pro filia salute Deo, cui dixit, quod si crederet in Christum, filia eius suscitaretur: ipsa autem respondit omnia esse possibilis Domino nostro Iesu Christo, dictumque ei, vade in pace, fides tua te saluum fecit, D. Mathai, cap. 15.* Accedit fides Centurionis salutis,**

pro puero rogantis, & obtinentis salutem, *D. Matth. 8. Luc. 7. Quinimo & hies secreta & tacita in corde, operata est in hemorroisilla curata tactu vestimentorum domini nostri Iesu Christi, D. Matth. 9.* In \dagger ecclesia primitiua baptismus duobus solemnibus diebus tantum extra necessitatis causam, quae accelerabat, fiebat: videlicet pasche & pentecostes, *can. de catechumenis, & ca. venerabilis. de consecrat. dist. 4. can. non ratione, vsque ad ca. constat, ead. 4. dist.* Et ideo his diebus consecratio fontis baptismatis fiebat. *Diem baptismi solemniorum pascha praestat, inquit Tertullianus lib. de baptis. cum & passio domini, in quam tingimur, adimpleta est.* Et postea, die pasche quo \dagger domini resurrectio celebrata est, \dagger gratia Spiritus sancti dedicata. Ceterum omnis dies domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismi: si de solemnitate, interest, de gratia nihil refert, haec Tertull. Et Niceph. Calix. lib. 2. hist. c. 34. In Thessalia, inquit, mos fuit, ut paschaliis tantum diebus baptismus perageretur, quapropter multi eo sacramento non intincti decesserunt.

18 \dagger Subinde \dagger qui praesentare possunt baptismum, omnes quoque fideles sunt tempore necessitatis: & sine ea quoque, nisi qui specialiter nomine prohibentur, ne patres iustitiae, seu spirituales, seu, ut dicunt, patrum sint. Prohibetur autem abba, abbas, monachis, monialibus, vel religiosis personis, *c. non licet, in 1. de consec. dist. 4. c. placuit, in 2. 16. q. 1. 2.* si tamen tenent, eo patres sunt. Et in statutis militum Hierosolymitanorum, sic scriptum est, *ut. 18. c. 3. Non liceat cuiquam fratrum nostrorum in sacro baptismatis fonte recipere absque sui superioris licentia, nisi baptizandus esset filius Baronis, aut maioris domini.* Item qui non estiple baptizatus nec confirmatus, non potest alium baptizandum offerre, *can. in baptis. mate, & ca. in catech. de consec. dist. 4.* excepta causa necessitatis. Nam autem mater que proprium filium de baptismum leuauit, coniugale debitum possit reddere marito, tractatur tota 30. quaest. 1. Iure communi vnus tantum vir, vel vna tantum mulier suscipere debent in baptismum infantem, *ca. non plures, de consec. dist. 4. c. fin. de cognat. spirit. in 6.* quia baptismus vt adoptio, imitatur naturam, *§. minorem, de adoptio. vel duo ad summum, nempe vir & mulier, vt concilio Tridentino nuper cautum, in concil. Trident. 8. sessio. c. 2. reformationis.* Plures tamen aliquando adfunt, & si sunt, contrahunt & illi cognationem hanc, *d. c. fin. de cognat. spirit. in 6.* quae ex susceptione vel praesentatione in facie nascitur. Na ex hac praesentatione nascitur affinitas & cognatio spiritalis, & filius eius quoque dicitur, qui eum in fide instruit, & baptizat, *c. contracto. c. 5. de cognat. spirit. c. 2. eod. tit. in 6. can. in catechismo. de consec. dist. 4. c. si quis vnus, 30. q. 4. cano. sciscitatur. c. si quis, 30. q. 4.* Atque qui de fonte aliquem leuauerunt, vt prohi parentes, debent baptizatum filium docere in fide, in symbolo saltem & oratione dominica, *can. vos ante omnia, de consec. dist. 4. vt & ipsi baptizati adulti facti, tenentur ad fidem qua profe illi responderunt, can. paruuli, de consec. dist. 4.*

19 \dagger In summa \dagger baptismus ad consequendam remissionem peccatorum institutionem habet, originalis & actualis antea commissorum ab adultis, vt dictum est, & ita secundum Basilium Magnum, in exhortat. ad baptismum. Baptismus, est captiuorum, & a ris alieni remissio, peccati mors, anima regeneratio, amictus splendens, character indelebilis, caeliter, regni caelestis conciliatio, adoptionis gratia. Cui & subscribitur Cyrillus Hierosolymita. in procathechi. Baptismus, inquit, captiuorum liberatio, peccatorum remissio, mors peccati, anima regeneratio, vestimentum candidum, signaculum sanctum & indelebile, curru ad caelum, delicia paradisi, regni caelestis conciliatio, christi magis adoptionis filiorum. Et rursum idem, catech. 18. illuminator. Peccata qua baptismum antecesserunt, anima & corporis vulnera curat Deus per baptismum, ad reliqua autem futura sic nos communicamus omnes, vt mundam corporis hanc vestem custodiamus: nam post peccatum, macula peccati manebunt sicut plaga accepta in corpore, quamuis curata sit: cicatrix tamen manet: sic peccatum vulnerat corpus & animam, & manent signa cicatricum in omnibus. Et D. Cyprianus, lib. 4. Epist. epist. 7. & lib. 3. ad Quirinum. c. 65. Diaboli, inquit, nequitia obsedit corpus hominis vsque ad baptismum, postea cedit, nisi labatur in peccata. Exemplum, Pharaon qui nunquam in filios Israel operari quiescit, donec mari submergeretur: mare autem illud, exemplum futuri baptismi. Nam sicut scorpiones & serpentes, qui in sicco praualent, in aquam praecipitatis praualere nequeunt: sic nec spiritus nequam, qui scorpis & serpentes appellantur: & tamen per nos, data per dominum potestate, calcantur: permanere vltro in hominis corpore non possunt, in quo baptizato & sanctificato incipit Spiritus Sanctus habitare. Docet & D. Paulus, 1. ad Corinth. cap. 10. Scimus tamen

per baptismum manere concupiscentiam, sed attenuatam, *can. per baptismum, de consec. dist. 4.*

\dagger In baptismum \dagger pertractando vitanda sunt haereses, prior illa \dagger Anabaptitarum seu rebaptizantium, vt supra diximus. Item alia quae vult dominum nostrum Iesum Christum baptizatum & a peccatis ablutum a D. Ioanne Baptista: tamen illo baptismum, ipse potius aquas sanctificauit, quam ab illis sanctificatus fuerit, *vide can. si baptizata est, & ca. non regenerantur, de consecrat. dist. 4.* De hinc & alia Messalianorum, quos \dagger xianus, id est, erantes dicebant. Qui & \dagger dicitur, id est, sacrificatores: illi enim afferrebant nullam utilitatem ex sancto baptismate baptizatis accedere, & solam studiosam orationem effugate daemone: insuper vnumquemque; nasceturum a progenitore suo, sicuti naturam, sic etiam daemone trahere famularum, quibus expulsi per orationem illam studiosam Sanctum Spiritum aduenire, & sentibilter & visibilter suam designare praesentiam, & c. vt est apud Theod. lib. 7. hist. tripart. c. 11. Item & illa, quae impie aditrit, filios ex parentibus catholicis natos non egerit baptismum, sed in fide parentum saluari, contra illud, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, & c. D. Ioan. c. 3.* Item cauendum est, ne dicamus campanas seu tintinabula, quae benedicuntur, & nomen vt discerni possint accipiunt, vt & alia inanimata res, eo baptismum, quo remissio peccatorum confertur, baptizari: quia inanimata res sunt. Sic & scriptum est in legibus capitularibus Caroli Magni latis Aquiligrani in artic. 18. *clochas no baptizent, nec chartas per pericas suspendant propter grandinem.* Non tamen nouum est, vel a fide Christiana alienum, campanas benedicere, & vngere, seu nomen eis dare. Nam & in Genesi c. 28. legimus, Iacobum surgentem mane, & memorem visus quo apparuit inibi illi scala ad caelum vsque pertingens, tulisse lapidem, quem capiti suo supposuerat, & erexisse in titulum fundendo oleum desuper, appellasseque nomen vt bis Bethel, quae prius Luza dicebatur.

De Confirmatione. Cap. 5.

- 1 Confirmatio sua de descriptione, arma fortiora in pugna spirituali addit, videlicet Spiritum Sanctum.
- 2 Quae consideranda in confirmatione, de materia, personis confirmantibus, & suscipientibus confirmationem.
- 3 De Anadochis seu praesentantibus confirmandos, & qui possint esse.
- 4 Confirmationis facienda forma.

Confirmatio, \dagger sacramentum in ecclesia est catholica post baptismum conferendum, sine quo potest quidem homo saluari baptizatus: at sine eo bene esse non potest, vt pote cum per eam arma fortiora, Spiritum sanctum videlicet, quis accipiat, aduersus impetus daemone & altorem, quorum pugna spirituali continuo distringimur, *can. Spiritus sanctus, & ca. nouissime, de consec. dist. 5.* Ideo omnibus Christianis necessaria in ecclesia, *c. 1. de consec. dist. 1.* Scribit Nicephorus, lib. 6. Hist. eccles. dist. c. 3. Nouatum non potuisse habere Spiritum sanctum, ex eo, quod baptizatus non recepisset ab episcopo signaculum, quod confirmationem vocamus. Atque Eusebius Pamphili lib. 6. c. 33. de Nouato loquens, *Nouatus, inquit, Spiritu immundo vexatus, cum aliquantum temporis consumsisset apud Exorcistas, agritudinem incurrit grauem, ita vt desperaretur, vnde iacens in lecto, pro necessitate perfusus est, nec reliqua in eo qua baptismum subsequi solent, solemniter adimpleta sunt, nec signaculo christiatus consummatus, vnde nec Spiritum sanctum vnquam potuit promereri.* \dagger Considera \dagger in hoc sacramento materiam, personam, & formam, seu modum conferendi. Materia christiata est, quod consecratur in cena Domini, quo vitur tunc ecclesia, vsaque perpetuo, *Cypria. lib. 1. de vnct. christi. ma. & alii sacramenti. D. Dionys. Areopag. lib. de eccles. Hierar. c. 2. & 3. Clemens, lib. recogniti. 3. epist. 2. in concilio Carthag. 3. & 4. Fabianus Papa & martyr. epist. 2. ad orientales, concil. Tolet. 1. c. 20. Brachaten. i. c. 37. can. illud, 95. dist.* Christa, symbolum est, nos esse luctatores contra Diabolum, vt ait Prosper in sententia Angustini, *nu. 34. 2.* In personis, qui confert vel confirmat necessario est episcopus, *c. de his, & c. seq. de consec. dist. 5. c. quamuis, 68. dist. in c. presbyteros, 97. dist. in Actuum. 8. ca. Spiritus sanctus, de consec. dist. 5.* quod & firmat concilium Aurelianense, *can. 3. Meldenle, can. 6.* Aliquando tamen ex causa necessitatis cum episcopus haberi non potuit, fuit ipsum munus presbyteris concessum, *can. peruenit, 95. dist.* Ceterum qui confirmatur, debet excedere septennium, & esse, ni fallor, eius aetatis, in qua pugnandum illi cum daemone, & succubuisse peccatum est. Debetque esse ieiunus & coeessus, excepta causa necessitatis, vt & episcopi conferentes,

pus legis antiquæ, in can. apostol. c. 9. explosis vmbri adueniente vero corpore, in sacrificio, per quod impletum est quod prædictum: alioquin enim, si panis solus esset sine realitate corporis dominici in hoc sacrificio, esset minus paret Iudeis, qui tantum figuram hanc habebant sacrificii huius, in panis & vini sacrificio, quod erat oblatum a sacerdote domini Melchisedeicho, Genes. cap. 14. Et tantumdem fuisse apud eodem in panibus propositionis, 1. Regum cap. 21. 2. Paralipom. 4. 1. Machab. 4. & 2. Mach. cap. 10. in panibus azymis, in laganis collyridis, de quib. Levit. 7. Obleruat ecclesia Romana & Catholica post multas ea de re sopitas controuersias, de quibus controuersis vide Sozomen. lib. 9. Tripart. Histor. ca. 39. Epiphani. lib. 2. de hæres. hæres. 50. Necessarij. Calix. lib. 4. Histor. eccles. cap. 36. 37. & 38. & lib. 6. ca. 10. & lib. 12. cap. 31. 32. 33. & 34. vt ex cursu solis simul & lunæ, diem celebrandi paschæ semper computet: solis quidem propter diem dominicam: & mensis lunæ, propter legem, qua in decima quarta luna vsque ad vicesimam primam pascha immolandum & azyma faciendum esse præcipitur. Ita subducta calculi ratione, vt post æquinoctium vernale a quarta decima luna vsque ad 21. id est, in tertia hebdomada primi mensis, die dominica solemnitas paschæ celebretur, Victor. in epist. ad Episcopos in Alexandria constitutos, in cap. 8. apo. Beda lib. de natu. rerum, c. 60. variæque eius obseruationes colligit Brunus, lib. 6. de ceremon. c. 4. Vt non mirum, si in azymis quoque, in mysterii materia, vt in tempore, consentiat ecclesia cum prisca lege. Scio tamen aliquos ab ecclesia Catholica, & in hac parte discessisse, non secus quam schismatici & heretici quoque, in pluribus aliis seipso decipientes sese subducunt ab eadem. Sicut & Rutheni siue Moscouitæ in azymis sacram Eucharistiam non esse concedendam censent, vt scribit Sigismundus liber Baro, in comment. rer. Moscouitæ. in hoc morem sequuti orientales, qui in fermentato celebrant, Niceph. Calix. lib. 1. Hist. c. 28. ¶ Sacerdotes ¶ in hoc sacramento communicare debent sub vtraque panis & vini mixta aqua, c. literas de celebr. missar. De rationibus mixtionis Cyprianus, lib. 2. epist. 3. cap. in sacramentorum, de cons. dist. 2. in concil. Flor. quia dum hi sacram peragunt liturgiæ, mysterium redemptionis plene exhibent, & distincte: & dum facti sunt apostolici sacerdotes, dictum illis in vino, hic est sanguis, & c. bibite ex eo omnes, & c. Luc. 22. Plus vero vini, quam aquæ poni debet in calice, cap. penultim. de celebr. missar. ca. in quadam, eod. Si vinum tamen in regione deficiat, potest summus pontifex dispensare, vt sine eo consecrari possit, Ang. de Clauis in summa, in verbo Eucharistia, num. 20. At laici sub specie panis tantum porrigitur, quia nec corpus viuum domini, in quod transsubstantiatio fit, sine sanguine est. Sic legimus scriptum, nulla mentione habita sanguinis domini & vini, dicentem dominum, Ioan. 6. cap. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi: Et cum discipulis conuenientem eundem Dominum in Emmau, Luc. 24. eis panem dedisse & consecrassent: item fideles fuisse perseuerantes in doctrina apostolorum, & communicatione & fractione panis, Actuum, cap. 1. Et ita etiam decretum in concilio Constantiensi, sessio. 13. & concilio Tridentino, Sessio. 5. cap. 3. Scio tamen apud Moscouitas, Sigismundus lib. de rebus Moscouit. sub vtraque specie communicationem Eucharistiæ fieri, quoadcunque in anno quis voluerit, dummodo confessus fuerit, saltem in die Paschæ. Item noui pueri & septemnibus & infantibus apud aliquos Eucharistiam porrigi, saltem per guttam vini. Verum hoc alienum a Catholica doctrina. Quamuis & indultum sit concilio Basiliensi Boemis, promissum vsus Eucharistiæ sub specie vtraque panis & vini, vbi is mos iam inoleuisset: ea tamen lege, ne diuersum vsus improbarer, neve se ab ecclesia catholica in ceteris ritibus, dogmatibusque se iungerent, Marti. Chromerus, lib. 2. de rebus Polon. Atque inibi contrarium huic privilegio morem esse ecclesiæ catholiæ dicitur, qui & seruari mandatur, concil. Constantin. sessio. 23. Sicut & in concilio Basiliensi, sessio. 30. vbi declaratur hæreticum esse dicere dominum præcepisse fidelibus omnibus sub vtraque specie communicare, id ipsumque concilio firmatum Tridentino, Concil. Tridentino, sessio. 6.

7. ¶ Forma ¶ consecrationis istius sacramenti, est in consecratione corporis, (Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum) in consecratione sanguinis sacrosancti, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, Marti. cap. 26. D. Luca 22. D. Marci 24. D. Ioan. Euang. c. 11. cap. cum Martha, de celebr. miss. lib. 3. Decret. c. 41. Quibus verbis a sacer-

dote prolatis sociantur ima summis, c. quid sit, de consec. dist. 2. ¶ Persona ¶ seu ministri qui consecrunt, esse debent sacerdotes, aliis non licet, c. perlectis, 2. dist. c. diacones, ca. peruenit, ca. praesentes, 93. dist. nec quidem laici consecrarent, Niceph. Calix. lib. 6. histor. eccles. ca. 8. & lib. 13. c. 7. Nec hodie quemadmodum aliquando, c. peruenit, de consec. dist. 2. mensæ dominicæ assistentes, corpus & sanguinem manibus propriis accipiunt. Sacerdos irregularis tamen, aut interdictus, suspensus ab ordine, excommunicatus, simoniacus, schismaticus, depositus, publicus & notorius peccator, degradatus consecrare nõ debent de iure: Si tamen de facto in debita materia consecrent cum debita intentione & forma, consecrunt corpus domini, Ang. Clauis, in sum. in verbo Eucharistia 2. num. 2. ex Richardo, in cap. 4. dist. 13. Non enim dispensatorum seu ministrorum meritis augetur sacramenti virtus, nec per eorum vitia destituitur virtute, can. multi, 1. q. 1. Ceterum personæ, quæ sunt Eucharistiam, & diligenter preparata, & alioquin indignæ esse possunt. ¶ Sumunt enim omnes cuiuscunque generis sint, qui manducant, verum corpus & sanguinem dominici nostri Iesu Christi, dum post consecrationem manducant. Veruntamen exitu & effectu inæquali. Nam qui se ad tantum beneficium disponunt, præparant, & probant, ad salutem accipiunt æternam: alii autem in itinerum, 1. ad Corinth. 11. can. sancta, ca. sicut Indas, & ca. quid est, & ca. qui manducant, de consec. dist. 2. c. quod die, can. qui scelerate, can. qui discordat, eod. Atque in eo quod dominus Iude Eucharistiam porrexit, exemplum singulare est, non esse eam negandam peccatoribus occultis, si petant, ca. non prohibeat, & can. sicut Indas, de consec. dist. 2. c. aduersus, 7. quest. 1. Si tamen publice sceleratissime deliquerint, statim vbi petunt non est concedenda, ca. pro dilectione, de consec. dist. 3. c. in actione, de pen. dist. 1. vt nec in stritionibus, c. pro dilectione, & c. 2. de conf. dist. 2. nisi post peractam confessionem & penitentiam, excepta necessitatis mortis causa, in qua morientibus penitentibus non est neganda, c. penitentis, 50. dist. c. virgines, 27. q. 1. ca. si quis heretice, 1. q. 1. & can. in primis, 2. q. 1. ca. accusatores, 46. dist. ca. si quis de corpore, & seq. 26. q. 6. etiam si excommunicati sint, dummodo satisfecerint, ca. tanta, 86. dist. 1. Imo & in Maguntinensi concilio placuit, furca suspensendis in scelerum suorum penam, de peccatis suis omnibus puram confessionem facientibus, non denegandam si petant, can. quas situm 13. quest. 3. Quod & ad alios reos, vltimo damnatos supplicio, porrigitur, in eodem, de penitent. & remissio. ca. penitentes, 26. quest. fin. can. 1. 26. quest. 7. can. pro obuentibus, 13. qua. 2. Vterque lexus, & omnis ætas hoc sacramentum suscipere potest Christianorum: imo adulti tenentur saltem semel in anno sumere, ca. omnis, de pen. & remissio. dummodo rationis habeat iudicium. Siquidem his negatur tempore æmentie, si antequam in eam inciderint, illud præparati non petierint, vel in dilucidis interualtis: his enim casibus concedi potest, si nihil aliud prohibeat, veluti si de euomitione metuat, can. his qui, 26. quest. 6. vel alia similia verent. Ætas porro adultorum dicitur legitima ad communicandum sacramentaliter, quæ iudicij habet distinguendi & diiudicandi sacramentum hoc corporis & sanguinis domini ab alio cibo quotidiano, seque probandi, sic enim D. Paulus exigit, 1. ad Corinth. 11. dum credat sub speciebus panis latere verum corpus & sanguinem dominicum. Sic quemadmodum malitia: ita & prudentia supplet ætatem, can. de illis, in 2. & cap. fin. de despons. impu. l. 3. C. si minor se maior dixit. Et puerorum imbecillitatem quædam sunt delicta, quæ animaduersionem aliquam exigunt, c. 1. de delict. pueror. l. 1. C. si aduer. delict. leg. impunitas, C. de pen. et si ea non ita ac in maioribus seuera, ca. 12. de delict. pueror. l. auxilium, §. etiam, de minorib. l. si ex causa iudica. eod. Infantes tamen, puerosque olim quod ex sacramento residuum erat, ex populi sumptione comedisse, non tamen sacramentaliter, patet, in orientali ecclesia, ob puritatemque vitæ fragmenta illis concessa, ca. paruuli, de consec. dist. 2. Consuetudo, inquit Nicephorus lib. 17. eccles. Histor. cap. 25. a multo tempore imperandi vbi Constantinopoli fuit, vt cum plusculum de partibus immaculati diuinique corporis domini, & Dei seruatoris nostri Iesu Christi reliquam esset, sacerdotes pueros ad eos incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum literarum eunt, accerferent: qui ieiuni reliquias eas ederent. Quod quidem mihi, inquit Nicephorus, sapientissimo cum puer admodum essem, & maxime a prima ætate in sacris edibus versari studio haberem, contigit. Narrat & statim quod sub Mena Episcopo Constantinopolitano euenit. Accidit, inquit, vt filius Iudæi inter alios ex schola rediens ex his acceperit, & patri virario

moram causam reddens exposuerit. Quo percitus ira iudeus in furnum vitrorum ardentem misit, & clausit, ut combureretur: & postea cum quereretur a matre redeunte de ciuitate, per tres dies illa exquirente a patre cum lacrymis: filius matrem audiens ex fornace respondit. *Qua aperta, inuentus est inter ignes illesus, unde educit, ad Iustinianum ductus cum matre, Christianus factus, pater autem Christianissimum renuens, ut parricida de sicu suspensus est.* Porro quicumque uoluerit sacramentaliter salutare sacrosanctum domini corpus suscipere, confiteri debet peccata, & iniunctam implere poenitentiam, hoc est, se probare num digne & deuote accedat & reuerenter, 1. ad Corin. 11. can. tribus gradibus, & ca. illo, de cons. dist. 2. debetque esse ieiunus, qui a media nocte nihil comederit. *can. liquido, de cons. dist. 2. can. nihil, 7. quast. 1. c. ex parte, de celebr. miss. excepta causa infirmitatis, quae mortem minatur, in qua ne sine viatico moriatur infirmus, etiam a cibo recte communicat corpori & sanguini domini, c. presbyter, de consecr. dist. 2. Sit & apollutione panem externa & cui consentit, alienus, can. non est, dist. 6. ca. quisquis, 14. q. 1. & a uenere, vide c. omnis homo, de consecr. dist. 2. can. sciatis, 33. quast. 4. vt & Tibullus lib. 1. epist. 2.*

Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris, Cuiuslibet hesterni gaudia nocte uenit.

Et Iuuenalis Satyr. 6.

*Ille petit ueniam quoties non abstinet uxor
Concubitus, sacris obseruansque diebus.*

Quemadmodum nec licebat panem sanctum aut propositionis, antiqua lege manducare laicis, nec nisi mundis, maxime a mulieribus, ut habetur. 1. Reg. cap. 21. Non sit irem excommunicatus, nam & haec communio sacrosanctae mensae repellit debet, *can. Engeltrudam, 3. q. 4. c. nulli, de sentent. excom. ca. illud, de cle. excom. c. sunt, 2. q. 7. Sumat a ministro idoneo, scilicet, a sacerdote, ca. peruenit, de cons. dist. 2. coque proprio, Clem. religiosi, de priuileg. vel ab eo cui ipse concessit, vel episcopus, a quo procedunt licet, quas uocant de regendo: uidelicet quando curio per se non potest sacramenta consecrare, puta, quia absens, vel nondum sacerdos factus: nam tunc vicariis temporalibus haec cura committitur. Potest & sumi Eucharistia a proprio Episcopo, & proprio Archiepiscopo, c. 3. de offic. archidiacon. excepta causa necessitatis: quo casu, & diaconus, & religiosus, & laicus, praebent consecrationem, imo & qui Eucharistia eget, per se tunc suscipere potest, *vide Panor. in ca. quanto, de consuetud. Anglana, in summa, in uerbo Eucharistia 3. nu. 33. & in uerbo excommunicatio. 5. in 2. cas. num. 5. ab heretico autem nunquam, ca. cepit, 24. q. 1. ca. si quis de clerico, eod.**

¶ Suscipienda sunt autem secundum morem & praescripta ecclesiae catholicae, & certe, si quis esset omni die probatus, uile & laudabile esset quotidie suscipere, *can. si quotiescumque, can. non iste, de consecr. dist. 2. can. iteratur, & can. uinum, de consecr. dist. 2. Verum quia non nisi cum reuerentia & summa cum probatione quis ad tantum mysterium accedere debet, nec si abstineat quis a quotidiano eius usu vituperandus est, c. ad eius uero concubium, 5. dist. c. quotidie, de consecr. dist. 2. Qui indigne enim sumit, iudicium sibi manducet, & bibit, 1. ad Corin. ca. 11. Sunt & aliquando animae male dispositae: & illis melius se habentibus, interdum corpora probe disposita non sunt. Ideo in dubio subuersionis stomachi seu vomitus non est praebenda Eucharistia, & peccat sceleratissime, qui tunc sumit & vomit: is quoque qui infirmus, nauisam patiens, accipit, *c. si quis per ebrietatem, de consecr. dist. 2. Et proinde quoque sani qui susceperint tantum hospitem Deum & hominem, a crapula & uino, maxime quo tempore receperint, abstinere debent, nec statim ad alias escas accedere, c. tribus gradibus, de consecr. dist. 2. Maximum piaculum est, permittere in terram sacrosanctam hoc mysterium, etiam sine malitia per negligentiam cadere, c. interrogo, 1. q. 1. Quod & de sanguine sit dictum. Et presbyter, qui negligenter custodierit vel fuderit, 40. diebus poenitere debet, *ca. qui bene, & ca. si per negligentiam, de consecr. dist. 2. Narrat Nicepho. Calix, lib. 13. cap. 7. mulierem quandam Macedonianae haeresis, noluisse in ecclesia fidem cum viro sectari, atque mysteria Eucharistiae accipere: monitam tandem a marito nunquam cum ea se concubaturum, nisi cum eo ad sacram communionem ueniret, illam se facturam simulasse, & uia cum eo in ecclesiam uenisse, & donum, id est, Eucharistiam, ut alios accepisset: uerum inclinando se proinde atque orationi uacaturam, Eucharistiam ocululisse, & allatum ab ancilla panem communem pro ea accepisse: tamen ubi ori***

admouisset, in lapidis naturam induruisse, nec atterere potentem, delictum fallam, respuisse, & contra haereticos, qui ita dici uoluerunt, quasi peccatores vel inuidiosos, hoc est, affliati numine, vel potius daemone, ab ecclesiastica communione non se abstinerunt, nihil profus vel prodesse vel obesse diuinam escam dicentes, *Nicephorus Calist. lib. 11. cap. 14. De qua tamen dominus noster Iesus Christus dixit, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, uiuet in aeternum.* In Ecclesia itaque non fuit datum mandatum quotidie communicandi, sed communicandum in tribus festiuitatibus praecipuis, pascha, pentecostes, natiuitatis domini, *can. nisi non frequentius, & can. si quis inuat, de consecr. dist. 2. vel saltem in festo paschatis, cap. omnis uiriusque, de poenitent. & remiss. semel in anno.* Imo nec sacerdotes singulis diebus tenentur necessario liturgiam peragere, & ita communionis Eucharistiae participes esse, *ca. quotidie, de consecr. dist. 2. debent enim celebrando, corpus & sanguinem domini sumere, ex Concilio Toletano, 12. ca. relatum, de consecr. dist. 2. ubi poena non facientis, exceptis iis, qui sacerdotia curam animarum habentia possident, qui ad minus tenentur festis diebus celebrare, & missas perficere, vel per alios populo de his satisfacere, cap. 1. de cele. miss. c. dolentes, eod.*

¶ Debetque quilibet sacerdos quantum frequentius poterit, missam peragere, *ca. significatum, de prob. semel tamen tantum in die, ca. sufficit, de consecr. dist. 1. excepto die natalis domini, quo tres dicuntur ab eodem, prior media nocte, altera in aurora, tertia hora debita, separatim vel simul.* Excepto etiam casu necessitatis, *c. consilium, de celebr. missa, ubi gloss. casus necessitatis, quibus quis duas missas peragere potest, annotat.* Fuit autem Telesphorus, qui temporibus Antonini Caesaris sedit anno dominice salutis 139. teste Eusebio, lib. 4. *Histor. ecclesiast. cap. 10. qui ueter in die natiuitatis domini missa celebraretur, statuit, in decretis Telesphori ap. Isidor. in 1. tom. conciliorum. Item sacerdos extra causam necessitatis non nisi ieiunus sacrificare debet ex decreto Soteris Papae noni, qui sedit anno domini 163. in epi. Soteris 2. ad episc. Italic. in tom. 1. concil. c. illud diuinum, 7. quast. 1. Id ipsum etiam cautum concilio Carthaginensi, ca. sacramenta, de consecr. dist. 1. aliter excommunicationi subiacet, *ca. nihil, 7. q. 1. ca. si consueuerit, de accusat. & de positioni beneficiorum, ca. ex parte, de celeb. miss. Non potest autem hostia proposita missam peragere nisi consecret, & si fingat & uere non consecret, grauissime peccat, c. de homine, de celebr. miss. Etenim populum decipit, dum hostiam non consecratam adorat, ut in c. sane, de celebr. miss. Nec missam dicit, nisi accenso lumine, c. si, de celebr. miss. nec sine consecratis sacris uestimentis, alba, cingulo, manipulo, stola seu orario, casula, arg. c. ecclesiastic. 23. dist. can. uinum, 95. dist. ca. episcopus 11. q. 3. ca. de gradatio, de poen. in 6. Sancta enim erant uestimenta, non communia etiam in lege antiqua, quibus sacerdotes utebantur, quae post sacrificium, in gazophylacio relinquebant. *Ex eod. 44. Vide de uestib. sacerdotis, missam celebrantis, Durandum lib. 3. Rationalis diuinorum officiorum. Missa seu oblatio, & sacrificium, & diuinum officium in ecclesia ex patrum institutione, in sacro altari fieri solitum.***

¶ Huius partes essentiales sunt, consecratio corporis & sanguinis domini Iesu Christi (quam ueteres mysticam benedictionem appellarunt) & oblatio. Accidentales sunt ceremoniae, quibus consecratio ipsa & oblatio rite perficiuntur, ut orationes, benedictiones, gratiarum actiones, oscula, manuum expansiones, elevationes, complicationes, genuflexiones, signacula crucis, communitio, memoriae sanctorum, salutationes, responsiones, oblationes, & alia his similia: quae partim ab apostolis tradita sunt, partim ab eorum successoribus SS. patribus, de quibus consule Brunum lib. 2. de ceremoniis, cap. 1. & 2. Antididagma ecclesiae Colonienensis, cap. 31. Durandum toto lib. 3. Rationalis diuinorum officiorum. Sunt & mysteria quae in synaxis functione, explicat D. Dionysius Areopagita lib. de ecclesiastica Hierarchia, cap. 3. Existunt hodie liturgiae DD. Iacobi, Chrysostomi, Basilii, in quibus ceremonias prope easdem obseruare licet, quae nunc sunt,

¶ Cauere sunt autem debent sacerdotes, ne missam, quae pro quiete animarum defunctorum dici solet, pro uiuis eo animo celebrent ut e vita eximantur. Nam hoc nefarium duxit concilium Toletanum 17. Et hoc agentes gradu deponi iubet, & ergastulo perpetuo constringi, & carcerari, *can. quicumque sacerdosum, 26. q. 5. Abutitur enim sacramento, quod in salutem hominum donatum est, qui in perniciem conuertere nititur. Et proinde*

etiam is qui super rebus aptis ad faciendam sortilegia, vnam vel plures missas scienter celebrauerit, adhibitis nefariis precibus & verbis superstitiosis, grauius puniendus est, *dist. c. quicumque, vide de hoc Ioannem Bernardum Diaz, in pract. crimin. canon. ca. 39. Paulum Boillandi tracta. de sortileg. q. 14.* Debent & sacerdotes & sibi hoc sacramentum accipere, & aliis gratis præbere, *In concilio Constanti 6. ca. 23. & in c. nullus, l. q. 1.* Quia effectus tanti sacramenti mirabiliter confert Christianis, & viaticum est decedentium & viuentium: ideo placuit etiam consecratum perpetuo in templo seu ecclesia, loco mundo & signato, conseruari, vt egerit illo, vel adorandum seu spiritualiter manducandum offeratur, vel sumendum exhibeatur sacramentaliter, *glo. in cap. sane, de celeb. miss. in c. 1. de custo. Eucharist. lib. 3. Decreta. tit. 42. In concil. Tridenti. sessio. 3. can. 6.*

De extrema vnctione. Cap. 7.

- 1 Extrema vnctio quare ita dicitur.
- 2 Origo vsus eius.
- 3 Materia & forma sacramenti huius.
- 4 Effectus spiritualis & medicina peccatorum.
- 5 Que sunt persona, que inungant, & que inungantur, & quo loco.

EXtrema vnctio dicta est, † que morituris mox secundum hominum iudicium, datur, ideo extrema: non tamen extrema ratione confessionis, quia & repeti potest conualescentibus ægrotis, & iterum ad mortalem ægitudinem recedentibus. ¶ Vnus sacramenti huius extremæ vnctionis, a tempore D. Iacobi apostoli in ecclesia remansit catholica, *infirmatur*, inquit ille, *D. Iac. c. 5. ca. presbyteros, §. prohibitio, g. distinct. ca. unico, de sacra vnctio. quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie, & orent supra eum, ungetes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei sanabit infirmum, & alleluia eum dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.* Sic Innocentius pp. epistol. ad Decentium episc. c. 8. *Ungetur ægroti fideles secundum institutum D. Iacobi oleo ab episcopo consecrato: patientibus denegetur, quia & alia sacramenta denegantur.* Et in synodo Cabillonensi. *cap. 48. secundum Beat. Iacobi apostoli documentum: cui etiam præcepta patrum consonant, infirmi, oleo quod ab episcopis benedicuntur, a presbyteris ungi debent.* Sic enim ait, *infirmatur quis in vobis, &c. D. Iacobi 5.* Et Beda quoque ægrotos inungi oleo consecrato solitus, docet, *Beda. lib. 2. c. 6. in 13. Marc. §. Infirmum: † Carolus Magnus lib. 1. de I. Franc. ca. 156.* vt presbyter in ampulla oleum ferat ad unguendos infirmos. Qui non crederit hanc extremam vnctionem esse sacramentum, anathema sit ex concilio Tridentino. *sessio 4. in canonibus, de sacra. extrema vnct. c. 1. 2. 3.* Materia istius sacramenti, oleum est oliuarum. Forma oratio que exprimit inter unguendum quod fit: vt per istam vnctionem, & piam suam misericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid peccasti per visum, per auditum, &c. in aliis sensibus. ¶ Effectus † namque principalis huius sacramenti, spiritualis medicatio: cõtra peccatum inquam veniale, & defectus quibus homo spiritualiter infirmatur & deicitur a perfecta virtute vitæ, gratiæ, vel gloriæ. Non autem contra mortalia peccata, vel contra originale conceditur. Nam ibi potius opus est resurrectione, quam medicina, *vide quæ tradit V. Guierius in Institution. theolog. c. 16. de extre. vnct. vers. 2. 3. 4.* Mouet tamen gratia illa infusa vnctionis, liberum arbitrium ad contritionem, & ex consequentia, ad consequendam peccati mortalis veniam efficacem, diminitque eius penam. ¶ Persona † que inungunt, sunt sacerdotes. *ca. que sunt, de verb. sign. c. illud superfluum 95 distinct. cum clerico, vel sine illo soli, c. quasi, l. ea. 14. de verb. sign. que inunguntur, sunt ægroti, & in partibus sensibilibus, ex quibus origo peccati: inunguntur oculi, pro visus peccato: aures propter auditum: nares ob odoratos propter gustum: manus propter tactum, qui in pulpis digitorum maxime viget: renes vel pectus, propter appetitum: propter motum pedes. Inunguntur porro ægroti morbo naturali, non casuali, nec amentes, Angelus Clauasius in Summa, in verb. vnct. extrema, nu. 4.*

De Pœnitentia. Cap. 8.

Lib. 5. Decret. tit. 38. In Decret. 3. parte de pœnitentia,

Viriiani Notione.

- 1 Pœnitentia nomen quid contineat, & quomodo vsus sacramentum definiatur.
- 2 Pœnitentia diuisio in eam, que Dei & que hominis: Item subdiuisio pœnitentia hominis, in veram & falsam: & vera, in publicam & in solemnem & priuatam.
- 3 Pœnitentiæ materia & res peccata, &c.

- 4 Partes pœnitentiæ, contritio, confessio, satisfactio, absolutio, &c.
- 5 Contritio quid, & que ad eam pertinent.
- 6 Confessio que, & quibus facienda: item & diuisio in sacramentalem, & non sacramentalem.
- 7 Cui confitendum sit, & quando laico quis possit confiteri.
- 8 Fuisse semper & priuatam auriculari confessionem cum publica, docetur, & num. xv. de publico pœnitentiario.
- 9 Rationes confessionis inducuntur.
- 10 Vis & effectus pœnitentiæ.
- 11 Quatuor que veram confessionem impediunt cauenda, pudor, timor pœnæ, nimia spes, de speratio, & de partibus audientis Exomologesin.
- 12 De Silentio Exomologesin audientium, quod eas non detegant: Et de pœnæ reuelationum confessionis.
- 13 De duplici satisfactioe propitiatoria, seu reconciliatoria & canonica.
- 14 De absoluteione & forma eius, & peccatis reservatis absoluteioni superioris.
- 15 De indulgentia pro gratia.

Pœnitentia † generalis sua appellatione continet id omne: quod contrarium priori sententiæ displicet, siue ea bona, siue mala sit. Sic dicit Cicero in Epistolis, *sua quemque fortuna pœnitere.* Et Iuuenal. Satyr. 10.

— quid tam dextro pede concipis, vt te Conatus non pœniteat, vtrique peractis?

Dehinc dicitur pœnitentiam accipi pro virtute: & definiunt, *V. Guier. in Institut. theo. cap. 16. §. 1. de sac. pœnitent. vt sit habitus electius in voluntate existens, quo quis dolet de peccatis præteritis, cum intentione & proposito remouendi quod inde sequitur, nempe Dei offensam, & reatum pœnæ: quod vt assequatur, remedia a Deo propostia exquirunt. Tertio dicitur pœnitentia, prout est sacramentum nouæ legis, signum sensibile, siue imago sacræ rei, scilicet remissionis peccatorum, per contritionem, confessionem, & satisfactionem sensibilem, ac etiam per absoluteionem causa eius existens, *V. Guier. vbi sup. Oportebat Christum pati, & resurgere tertia die a mortuis, vt ait D. Lucas c. fin. Sic ut & monebat D. Ioannes Baptista, Pœnitentiam agite, quia appropinquauit regnum celorum, D. Matth. c. 3.* Et enim oportuit pœnitentiæ hoc remedium post tam grauiam mortalia, vt acritudinem saporis ad maculas eluendas accedere. Peccatum enim cum consummatum fuerit, generat mortem. *Diui Iacobi cap. 1. nisi autem pœnitentiam egeritis, inquit Dominus, omnes simul peribitis, D. Lucas, c. 3.* Fracta enim nauis in mediis fluctibus maris, salutis vna spes in tabulis dissolutis residet, vt naufragiū vitemus. Talis est pœnitentia, que postquam naufragium a baptismo purificati delinquendo fecimus, superest, vt cito eam arripentes, submerisionem vitare possimus, *in concilio Tridentino sessio. 4. de pœnitent. cap. secundo, de pœnitent. dist. 1.* Ita vere sacramentū hoc in dicta 4. sessio. de pœnitent. c. 1. concil. Tridentini, nec vllio modo differendum, nisi perire omnino velimus. Atque ideo statim vbi peccauit Adam, Deus eum paradiso eiecit ad agendam pœnitentiam, *Genes. 3.* Nescimus qua hora vr venturus sit, nec qua hora dominus veniet. Mortuus autem sine pœnitentia omnibus certe lacrymis deplorandus, quia omnino mortuus, *D. Ambrosius lib. 2. de pœnitent. c. 11. vt David plorabat vehementius Absalonem, Absalon fili mi, fili mi Absalon 2. Reg. 19.* Sic tempus peccantium & pœnitentiæ exprimitur in Psalmo captiuorum, *Psal. 136. Super flumina Babilonis, ille fleuimus & quicimus, dum recordaremur tui Sion, suspendimus organa nostra.* Et additur, *beatus qui tenebit, & alliget paruulos suos ad petram, hoc est, qui infirmat & lubricas cogitationes elidit ad Christum.* Fidei confessio hoc etiam in se continet, nempe credere vnum baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, *Cyrillus Hieroso. ca. be. 18. illuminato. Ante pœnitentiam non datur a Deo misericordia peccatoris, can. quia sanctus 50. dist. 1.**

¶ Et vt hæc facilius tradamus, † & distinctionem adhibebo eorum, que possent remorari dicentes. Pœnitentia itaque inuenitur in vtroque diuino & humano iure, Dei & hominis: Dei pœnitentia est, *Genes. 6. 1. Reg. 13.* mutatio eorum, que iam fecerat vel statuerat: non quod ideo more nostro Deus pœniteat, vel improbet quod fecit, vt malum: sed quia secundum ea que prænouerat fieri debere, & pro modo occurrentis causæ, ea que iam fecit, tollit aut mutat, *ca. incommutabilis, 22. quest. 4.* Pœnitentia Dei, inquit Tertullianus *lib. 2. aduersus Marcionem, nihil aliud intelligitur, quam simplex conuersio sententiæ prioris, que etiam sine re-*

sine reprehensione eius possit admitti, etiam in homine, &c. *metuosa*.
 Græcis. Pœnitentia hominis, est vindicta semper puniens in se
 quod dolet, commisit, *ca. quamvis caute, §. hac auctoritate, de pœni-*
ten. dist. 3. vel perpetrata mala plangere, & plangendo nō per-
 petrare, & quasi pœnam semper sustinere, vel tenere, *c. 2. de pœn-*
dist. 3. Hominis rursum pœnitentiā, alia falsā, alia vera. Falsā pœ-
 nitentiā, cui nunquam indulgentia promittitur: vera, cui nun-
 quam negatur, *c. in tantum, §. si. & ca. inter hæc, in fin. de pœn. dist. 3.*
 quæ peccato maculata reddit Deo accepta, *ca. purgabit, §. o. dist.*
 & lapsos fortiores facit, *ca. quid est, cum 3. seq. ca. 5. dist.* restituit-
 que dignitatis officia, *c. quia sanctitas, ead. 50. dist. in. can. quanto, 2.*
quæst. 4. Falsam constituunt pœnitentiā, rei alienam, per quam
 contractum est peccatum, non restituere, *c. si res, 14. q. 6. pœnite-*
 re, se pœnitentiā egisse, *ca. sunt qui, 17. q. 4. si non imponatur*
ex auctoritate patrum, secundum qualitatē criminum, c. fals-
fas, de pœn. dist. 5. Ispretis aliis commissis peccatis, de vno solo
 pœnitentiā agere, *c. fratres, de pœn. dist. 5. c. scelerator, §. his aucto-*
ritatibus, de pœn. dist. 3. vide glo. 1. cap. quod quidam; de pœni-
ten. inter pœnitendum animum non pœnitendi non deponere, ca.
quod quidam, c. 5. de pœn. & remiss. ap. Gregor. Vera pœnitentia
 hominis rursum duplex, aut publica, aut priuata: & publica, aut
 solemnis, aut non solemnis: solemnis publica in capite quadra-
 gesimæ incipit, obseruatis solemnitatibus de quibus in cap. pœni-
 tentes, & ca. in cap. 1. 50. dist. in. ex concilio Agathensi excerptis.
 Et hæc tam solemnis est, vt non nisi semel concedatur, nec
 reiteretur, *c. si quis post remissionem, 50. dist. vide & ap. Niceph. lib.*
6. c. 1. nisi esset consuetudo quarundam ecclesiarum iterari, can.
nihil prodest, §. ex persona, de pœn. dist. 3. Neque illa etiam nisi
 pro maximis criminibus publicis imponebatur, *c. in actionem, de*
pœn. dist. 1. Neque clerico, nisi deposito, propter scandalum,
arg. c. alienum, & c. confirmandum, 50. dist. in. c. quæsum, de pœn.
can. vit. 26. quæst. 6. Qui hanc pœnitentiā peragunt, quandiu
 in ea sunt, non debent communicare, nisi in mortis articulo, *ca.*
si quis, cum 3. seq. 26. q. 6. non secularē militiam, vt pompam
exercere, c. contrarium, de pœn. dist. 5. can. fin. 50. dist. non accula-
re in curia seculari, ca. aliud, 1. q. 1. non matrimonio iungi, can. au-
ditum, 33. q. 2. nec ad sacros ordines promoueri, c. ex pœniten-
tibus, 50. dist. in. c. 3. q. 5. seq. Publica non solemnis erat pœnitentia,
 quæ fiebat ante fores ecclesiæ, cum face seu theda accensa, & a-
 liis quibusdam solemnitatibus, extra tamen tempus quadrage-
 simæ, imposita publice: quia peccata manifesta, non sunt occul-
 ta correctione purganda, *c. 1. de pœn. & remiss. ap. Greg. c. si pec-*
cauerit, 2. q. 1. ca. ego Berengarius, de consec. dist. 2. Hæc imponi
 potest a sacerdote, alia solemnis non nisi ab episcopo, *c. pœniten-*
tis, & c. in cap. 50. dist. in. c. acciditibus de excess. prelato, ca. fin. 26. q.
6. c. 1. & c. statuimus, de maledict. c. si de his qui propt. sui. occid. Pri-
 uata pœnitentia est, quæ nec solemnis, nec publica est, sed pri-
 uatim imponitur, & fit. ¶ Pœnitentiā ¶ res & materia circa quam
 versatur, sunt peccata seu delicta pœnitentium, secundum quo-
 rum circumstantiā pœna imponenda, *c. 3. de pœn. c. si quis, 15. q. 1.*
c. 33. q. 5. c. 1. de pœn. dist. 1. adhibita consideratione contritionis
 pœnitentis, & qualitatis, & ætatis delinquentis, *ca. Deus qui ec-*
clesiam, de pœn. c. tempore, 26. q. 7. c. de pœn. de consec. dist. 3. c. in
actionem, de pœn. dist. 1. Sic arbitraria, etiam a quibusdam canonib.
 certa quædam particularis sit imposita, & modus, *can. mensuram,*
de pœn. dist. 1. Veluti imposita pœna 15. annorū, fornicanti cum
 filia spirituali: *can. si quis Sacerdos, 30. q. 1. decennii, matricidæ. ca.*
latorem, 33. q. 2. & fornicanti religioso vel moniali: can. deuotam,
27. q. 1. septennis inualori ecclesiæ, ca. de vno, 12. q. 2. & pro ince-
stu, can. si pater, 30. q. 4. pro vxoricidio. c. admonere, 33. q. 2. pro ho-
 micidio, adulterio, & pro periurio, *can. predicandum, 22. q. 1.*
 Quod tamē, & pro dicitur perituri, etiam aliud recipit tem-
 pus, *ca. qui compulsus, cum 3. seq. 22. q. 5.* Est & septennis pro quo-
 4 libet peccato mortali, *ca. hoc ipsum, 33. q. 2.* ¶ Res autem ¶ seu
 materia, ex qua pœnitentia perficitur, contritio, confessio, satis-
 factio, absolutio. Satisfactio, confessione disponitur: ex confes-
 sione, pœnitentia nascitur: ex pœnitentia Dei mitigatio, *Tertull.*
 5 *lib. de pœn.* ¶ Contritio, ¶ cordis est interna afflictio, & peccati
 commissi detestatio cum dolore & pudore: quod primum re-
 quirat Deus per Iohalem, *Scindite corda vestra, & non vestimenta*
vestra. Isel. c. 2. & in c. porro, §. facilius, & ca. si quis aliquando, can.
quem pœnitet, de pœn. dist. 1. Et Deus cor contritum & humili-
 tum non despicit, *Psal. 50.* Ob hanc contritionem, qui pœni-
 tentiam agit, paratus esse debet ad opprobria perferenda, iniu-
 riasque libendas, nec commoueri, si quis ei peccati sui crimen

obiciat: Cum enim ipse se accusare debeat, quare alium nō su-
 stinet arguentem? *D. Ambros. rom. 4. in Psal. 37. c. 1. de pœn. dist.*
2. ca. 1. & c. si Apostolus, de consec. dist. 3. Signa externa contritio-
 nis internæ sunt humiliatio, tristitia, lacrymæ, cinis, cilicium, ie-
 iunia, & similia. Hæc autem facile tolerat, qui considerat graui-
 tatem sceleris, Dei magnitudinē quem offendimus, lapsum quo
 affligimur si ante oculos ponat, a quanta gloria deciderit, de quo
 libro vitæ nomen suum deleatur, se iam proximum tenebris ex-
 terioribus, vbi fletus & stridor dentium sine fine, & cetera quæ
 prosequitur *D. Ambrosius lib. ad virginem lapsam.* Pœnitentia
 huius temporis, dolor medicinalis est: pœnitentia alterius secu-
 li, dolor pœnalis, *D. August. in Psal. 57.* Pars confessionis & quæ
 efficax valde, est in corde contritio: alia in ore confessio, in op-
 ere humilitas, *ca. perfecta pœnitentia, de pœn. dist. 1. & c. perfecta*
pœnitentia, de pœn. dist. 3. id exprimi videtur apud *Esdram ca. 9.*
Conuerunt, inquit, in ieiunio, & saccis, & humis super eos. vide hu-
miliationem & contritionem: & separatim est semen filiorum Is-
rael ab omni alienigena, & steterunt, & confitebantur peccata sua, &
parentum suorum. Et dum de baptismo *D. Io. Baptistæ,* quod erat
 pœnitentiæ dictum baptisma, *Actum 19. agitur,* apud *D. Mat-*
thæum c. 3. Sic scriptum est, *Exibat tunc ad eum omnis Hierosoly-*
ma, & omnis Iudæa, omnisque regio citra Iordanem, & baptizaban-
tur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua, Quia sola contritio non
sufficit peccatorum, si confessio contemnitur, can. voluissent, §.
ex his, & c. mensuram, §. 1. & 2. seq. de pœn. dist. 1. can. quis aliquan-
do, ead. dist. Dic, inquit Deus, iniquitates tuas, vt iustificeris, Esaiæ
43. Et iustus est accusator sui, Proverb. 18.

¶ Confessio ¶ potest fieri peccatorum, & Deo, & hominibus, 6
 & publice, & priuatim. Verbum confiteri, est fateri aliquid, &
 ideo ad plura extenditur, quæ quis fateri potest. Porro hic con-
 fessio est expressio & detectio per os proprium peccatorū pro-
 priorū, qua morbus latens, sub spe veniæ aperitur. Et expressio,
 non sacramentalis & sacramentalis est confessio: sacramentalis
 pars pœnitentiæ est, actus virtutis pœnitentiæ, quo specialis, di-
 stincta & particularis ac voluntaria peccatorum, quæ memoriæ
 occurrunt, sic manifestatio, cum submissione sacerdoti potesta-
 tem clauium habenti facta, & cū spe veniæ siue ad remissionem
 consequendam, & cum proposito in futurum cauendi, & iniun-
 ctam pœnitentiā implendi, hæc finitionem & explanationem, vi-
 de apud *Vigueriū in Inst. theol. c. 16. de sacra pœn. §. 4. vers. 13.* Con-
 fessio publice coram omnibus fit: & priuatim, sacerdoti. Græci
 tantum volunt Deo faciendam confessionem, hos improbat ec-
 clesia catholica, & Deo & sacerdoti fieri debere docet, *ca. quidā,*
de pœn. dist. 1. vt & D. Iac. c. 1. 5. Confitemini alterutrum, inquit,
peccata vestra. Non tamen negandum est, quin & Deo fieri confes-
 sio possit, sed illa non est sacramentalis: per quā legitima secun-
 dum peccata, imponenda pœnitentia. ¶ In hac ¶ quippe confes-
 sione pœnitentiæ iudicium, *c. omnis viriusque, de pœn. & remiss.*
 7 & iudex peccatorum interuenit, cui sit peccatorum expressio &
 detectio. Index idoneus debet esse, quæ sententia a nō suo dicta,
 non valet, *l. si a non compe. iud. c. l. si de iurisd. omn. iud. in P. l. 2.*
de iud. in P. Debet itaque is esse talis sacerdos, qui absolueri &
 retinendi peccata potestatem accepit. Ideo mulier, qui talem
 non accepit, exomologesim audire non potest, *c. noua, de pœn. &*
remiss. Dehinc erit sacerdos, prius seu parochus, *c. omnis vtrius-*
que & ca. quod autem, de pœn. & remiss. can. sacerdos, §. si de pœn. di-
stin. 5. c. 1. & 2. q. 2. c. nullus, de paroch. can. 1. de pœn. dist. 6. vel de e-
 ius licentia electus, *d. can. omnis, & in c. placuit, de pœn. dist. 6.* vel
 ex facultate data ab Episcopo, *c. 2. de pœn. in 6. vel a iure, quo Pre-*
 latus sibi eligere potest inconsulto parochi confessorum ido-
 neum, *c. si, de pœn. ap. Greg.* In casu tamen necessitatis, & morte
 vrgente, si presbyter haberi non possit, & alteri, *c. si presbyter, &*
c. agnouimus, 26. quæst. 6. etiam laico confiteri licet, & socio, *ca.*
qui vult confiteri, de pœn. dist. 6. can. quem pœnitet, de pœn. dist. 1. vbi
 8 *adducitur ratio. ¶ Neque vt opinor, ¶ nisi malitiose quisquam du-*
 bitauit hanc confitendi sacerdoti normam, in ecclesia Catholi-
 ca obtinuisse quoque cum confessione publica, si antiquorum
 perlegerit scripta & sine affectu animi iudicet: nam de ea memi-
 nit *Clemens ex D. Petri doctrina, Dionysius Areopagita epist. ad*
*Demophylū, Origenes in Psal. 37. & primo libro *πρὸς ἀποστόλους,**
Cyprianus sermo 5. de lapsis, Nicephorus Carthophilax ad Nice-
 phorum monachum, *Basilius in regula monachor. c. 21. se siso. 4.*
 concilii Tridentini per totum caput de sacramento pœnitentiæ.

¶ Et certe ¶ tam induci valde hominum interfuit ad salutem, 9
 Superbiam quippe hominis conterit modus hic confitendi ho-

minibus impositus a Deo, vt qui non erubuit Deum offendere, cogatur homini pari suum delictum profiteri: vtque peccator ad veniam recurrens ministerio hominis & absolutionem consecutus, securus discedat: alioquin propemodum desperatione perendus, dum sibi non potest de venia securitatem suadere, vt Cain qui de indulgentia desperauit, Genes. 4. vt & alii nimia securitate bonitatis Dei, etiam pernitiose errarent, & sine conscientia viverent. Et postremo conueniens a sacerdotibus adhibetur remedium pro modo delictorum & circumstantiarum, neque solui soluenda, vel retineri retinenda possent, sine expressione illa. *Expresio delictorum quoque est sui accusatio. Psalm. 31. abi, dixi confitebor aduersum me, &c. coram sacerdote sponte facta, humilis, cap. in iustum, 11. quest. 3. cū circumstantiis peccatorum ca. 1. de pen. dist. 1. sine diuisione (nempe ne quis vni sacerdoti partem vnam peccatorum, aliam alii confiteatur, hoc enim improbat, can. 1. de pen. dist. 1. ca. cautus sit, §. 1. de pen. ent. dist. 5.) integra, vide Archidiaconum in ca. quis aliquando, de pen. dist. 1.*

¶ **P**utant aliqui auricularem confessionem, & secretam a tempore Neclarii fuisse inductam, quod ille penitentiarios publice institutos in ecclesia sustulerit. Quod certe falsissimum est: nam tunc erant & confessiones priuatae, & si penitentiarii publici sublatis sint ab eo: quod vix planum fiat, verba ipsa de ea re Nicephori & aliorum subiiciam. *A tempore Apostolorum, inquit Nicephorus Calixtus, lib. 12. Historia ecclesiastica, cap. 28. consuetudo erat in omni ecclesia constitui presbyterum, vel id curabat Episcopus, qui ea dignitate erat, vt diceretur penitentiarius: si quidem seorsum quemque de peccato audiebat, priusquam ad communionem admittiretur. Graue namque visum fuit Episcopo, qui proxime post Christum fuerit, in media plebe, veluti in theatro, noxam confiteri. Quod tamen abrogauit Neclarius tempore suo. Quo tempore quidam penitentiarius presbyter in Constantinopolitana ecclesia, mulieri adultera penitentiam facere iussit, vt orationi & ieiunio vacaret. Quod vbi fecit, postea a Diacono qui cum ea concubuerat, se confutratum esse indicauit. Quod factum vbi postea plebs cognouit, indignos se abus id cum tanta ecclesia contumelia commissum tulit, maxima etiam calumnia ex ea re & criminatio aduersus sacerdotum ordinem increbuit: & Neclarius ob id Diacono dignitatem abrogauit, & deinceps populo ad huc in clericos indignato, Neclarius ne postea in ecclesia presbyter penitentiarius esset, suadentibus illis sancit, & vni cuique permittitur pro conscientia & fiducia sua communicare, & de immaculatis mysteriis participare, sic enim fore vt ecclesia a contumelia libera esset & innocens: Et ab eo tempore ecclesia in tali statu permansit Constantinopolitana. Ego vero, inquit Nicephorus, ea re ecclesiam profusa & veneranda grauitate excidisse, & ad arbitrarium inconsideratumque atque negligentem morem prolapsam esse paulatim ab accuratore disciplina, & desistere capisse puto, aequum certe, atque credibile est minus antea peccatorum fuisse, tum propter eorum, qui confiterentur vni eundem, tum propter iudicium ad hoc constitutorum diligentem inquisitionem. Quamquam nunc quoque, ut vni fors tulerit, & quando cuique vbi fuerit, fiat. Addit dehinc Nicephorus publicum illum penitentiarium inductum, propter Nonatum porissimum, vt is non quereretur satisfactio: ne nulla accepta penitentia, lapsos recipi in ecclesiae communionem. Atque adhuc Romae sancte illum penitentiarium durare, & in Ecclesiis occidentalibus, his verbis. Episcopi Nonati resistentes dogmati ecclesiasticum canonem secuti, in ecclesia qualibet presbyterum penitentiarium constituerunt: vt ab hoc qui post baptismum peccarent, crimina sua confiterentur, absolutionem eorum obtinerent. Canon iste in aliis quoque factus est seruatus, in ecclesiis vero occidentalibus ad huc vsque diem obtinet. atque in Romana maxime, vbi quoque certus est penitentium locus, sicut illi perinde atque iudicio clamant essent vultu demisso admodum largienter: re autem diuina peracta illi quidem ea sacra non participant, quae illi percipere solent, qui sacra sunt operati: cum euulsi autem, cum lacrima multo se ad pedes eius, qui rem diuinam fecit, precipitant, directus deinde, qui tunc ministerium eius sortitus est, ad eos accurrat, atque tandem collatrymans se humi stermit, sum reliqua ecclesia multitudo circummissens, & ipsa flens atque lamentans, lacrymis repletur. Postea primus exsurgit seu presbyter, seu episcopus, & illos ita iacentes suscipere iubet, & per orationem eam qua penitentibus conuenit precatur, vbi & audiunt, & dixit qua opus est, eos omittit: atque illi pro se quisque segregati a loco, pro eo atque eis iniunctum est, se macerare vel ieiunare, vel vigiliis frequentibus precibus, respicientia, vel illam & delictarum abstinentia, vel aliis etiam modis, constitutum sibi ab episcopo delictum per-*

solvit, a crimine absoluitur, & simul cum aliis in ecclesia eodem iure & communionem eadem conuenit frequentat. Hunc ritum iam inde ab initio ad hoc vsque tempus Romani episcopi habere. de magno penitentiario Romano, quaedam etiam tradidimus, dum de diuersitate personarum ecclesiastica, ratione iurisdictionis agimus, qui ab eis inde ad ecclesias omnes alias peruenit, praeterquam ad Nouarianos, qui penitentiam etiam prorsus non receperunt. Haec Nicephorus, quae fere eadem reperies apud Sozomenum lib. 9. Historiarum part. c. 36. Porro publicam illam penitentiam recte obtulerunt in sceleribus cognitis grauioribus, quibus offendebar res publica Christiana, laudandum esse nemo dubitat. Et Paulus Timotheum, vt eam imponat monet, 1. ad Timotheum, cap. 5. can. sed illud, §. 5. distinct. Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant, & ita vel penitentiam agere debent, vel extra ecclesiam debent eici, D. Matthaei capit. 18. can. distinct. 13. q. 4. Memorabile illud de ea exemplum D. Ambrosii. Cum enim Thellalonicensis vrbis furens populus quosdam comitatenses principis Theodosii occidisset, & ita percitus Theodosius sex millia hominum obtinuit occidi iussisset inaudita caussa, & sine delectu, & in ecclesiam more solito postea precaturus iret, D. Ambrosius ab ingressu eum ecclesiae repulit, atquam sanguinarium, nec per octo vel amplius menses eo accedere permisit, quin prius criminis penitentiam ageret, & sanctionem edidisset, de non puniendis itatim quos ipse iussisset occidi, & nisi post triginta dies, per quos custodia traderentur, Nicephorus Calixtus, lib. 12. c. 40. Theodoret, lib. 9. Historiarum part. c. 30. D. Ambrosii, lib. 5. epistolae, epistolae 28. Constitutio existat in l. si vindicari, 20. C. de pen. c. si quando, de reser. ¶ Vis est maxima penitentia, quae & respicere nolentes cogat, & vt Hermas lib. 2. pastoris mandato, seu c. 4. D. Pauli discipulus dicebat, Penitentia sensus est magnus, & magna sapientia: quoniam qui penitentiam agit, sensum magnum adipiscitur: sensu enim se peccasse & fecisse nequit in conspectu domini, & recordatur intellectum, quod deliquit & penitentiam agit, & amplius non operatur nequit, sed bene, & humiliat animam suam, & torquet eam, qui peccauit. Sic clamat Dauid Psalm. 119. cognoscens peccati sui pondus, Bonum mihi domini, quia me humiliasti, vt cantem iustificationes tuas. Nec pudet tunc fateri, quod tacitum vitam adimeret. Dixi, inquit idem, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remissi impietatem peccati mei, Psalm. 32. Per penitentiam apparet malefactum, remissis perturbacionibus: ante enim improbus nec secum consentire potest: necesse enim est tum propter naturam rationalem videre malum quodammodo verum, tum propter imaginationem perturbatam, plurimum ignorare secumque dissidere, vt ait Proclus in commentariis in Alcibiadem primum Platonis. Quare Aristoteles lib. 7. Ethico, c. 7. intemperantem necessario non penitente, proinde esse incurabilem. Quia, inquit, qui non penitet, incurabilis est. Cyrillus Hierosolymus, catech. 1. illum. Confitere, inquit, quae perpetrasti, sine opere, sine verbo, sine motu sine interitu. Scribitur & in Thalmut Iudaeorum, in codice Sabas, ca. vnam ad lit. b. Si quis neglecta confessione mortem obierit, iustitiam culpae stabit obnoxius. Et ideo cautum inter praecipua Iudaeorum affirmatiua, in Mizor Gnase praecipio 16. נחמה ערמה תהי תשובה, id est, de peccato peccanti conuertetur ad Dominum, & confitebitur: quia scriptum est. Num. cap. 5. vir autem mulier, quae fecerint peccatum de omnibus peccatis hominis, &c. & confitebitur peccata quae fecerunt. Sunt autem quatuor, quae veram confessionem impediunt, quae cauenda sunt: pudor, qui saepe os loquentium obstruit, ne peccata vni declarentur, cum tamen non erubuerint committendo: timor dehinc panis, ne grauis imponatur: tertio, nimia spes, quarto desperatio. Et proinde oportet cum ad quem exomologem delinquens deserit sagacem, prouidum, & discretum esse, non nimium acerbum, nec vltimum remissum. Et in primis ad exemplum optimi medici, & domini nostri Iesu Christi confitentes excipere debet, cap. penitentia, 26. quest. 7. Memor quod D. Dionysius Areopagita grauer obitauerit Demophilum, quod penitentem ad se confugientem, vt peccatorum indignum venia receisset. Dionysius Areopag. ad Demophil. Etenim non poterit esse inefficax penitentia tandem respicientibus vere, etsi in dilacione culpa sit, & dubium, can. si quis positus, de penitent. dist. 3. Neque vquam Deus spernit penitentiam etiam summorum malorum, quantum vis modicam vel exiguo tempore factam ca. talis, ecce, de pen. dist. 3. etiam relapsorum & iterata, c. quoniam, §. hac auctoritate, &c. sept. c. de pen. dist. 3. c. in tantum, §. sine eod. Nemo in summa desperandus est, quadiu hoc in corpore constitutus est. nemo desperandus, de pen.

de pen. dist. 7. Quia in ultimo etiã momento vite potest esse utilis ad salutem, vt ex latronis exemplo liquet, ca. si presbyter, & c. seq. 26. q. 6. can. qui recedunt. cum 3. seq. & c. eod. Ideo in extremis vite diebus vel momentis nemini deneganda est, can. si quis de corpore 26. q. 6. Et ne homines desperent, aliquando mitiganda est, de his, & c. alligant 26. q. 7. Nec seuerior minister Deo ipso, qui potestatem concessit, esse debet. Deus autem omnes ad pœnitentiam exspectat, can. diaconi sum. 93. dist. & semper spatium pœnitendi dedit, antequam ultionem suam exercuerit, vt Adamo, Genes. 3. & ante diluuium mundo 120. annorum, Genes. 6. Niniuitis 40. dierum, Ionæ. 3. Nabuchodonosori 7. annorum, Daniel. 4. can. Nabuchodonosor 13. q. 4. Temporis angustia, inquit D. Chryl. stomus, misericordia Dei non impeditur. Quomodo, inquit, & qualiter vlcibus plenus sum, vulnibus refertus, mille criminum obnoxius, non possum in nouissimo die pœnitere? Potes & valde potes charissime, in exitu tuo cogita Deum, in testamento relinque pauperibus, tu illuc vadis, & opera tua manent, D. Chryl. hom. 2. in Pla. 50. Hic in hoc mundo pœnitentiæ & confessionis peccatorum ad salutem locus: exceditibus autem hunc confessionis peccatorum quidem, Sapient. 5. sed non ad salutem, vt ait Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromat. Non est itaque tempus quod indulgunt a Deo peccatoribus expandi, per denegationem frustrandum. In hoc errant Nouatiani hæretici, qui dum sibi nimium iusti videbantur, pœnitentiã & absolutionem quibusdam denegabant peccatis, quos refellit D. Ambrosius fustissimè lib. 1. de pen. c. 12. & 3.

13. & 7. 8. Sed & hic obseruandum sacerdotibus, qui ex omni leges audiunt, & qui imponunt pœnitentiã, secretos & fideles confitentibus esse debere, non alia ratione, quam patres filii. Et proinde summo opere caueant, ne prodant commissa, non propinquis, non extraneis, non pro aliquo scandalo: scituri quod si non fecerint, deponendi sint, & omnibus diebus vite suæ peregrinari debeant, in ca. sacerdos, de penit. dist. 6. secundum ius antiquum: vel vt nunc statutum, deponendi a sacerdotali officio, & intra arcum monasterium concludendi, ad agendam perpetuam pœnitentiã, cap. omnis vtriusque, si. de penit. & remiss. Ne etiam censuris ecclesiasticis latis inscientes & non declarantes teneantur reuelare, cap. si sacerdos, de officio d. c. significasti, de adult. idque duplici ratione: primum, quia proditorie secreto sibi commissa detegerent: vt ait Horatius,

*Fingere qui non facta potest, commissa tacere
Quis nequit, hic niger est: hunc tu, Romane, cauet.*

Et secretum celari debet, cano. de forma, 22. q. 5. Secundo, quia feciant confessio non tanquam homines, sed tanquam Deus: tertio, quia secreto accipiens & denuntians, non posset probare presbyter, ideo detegere non debet, can. placuit 6. q. 2. c. si peccauerit 2. q. 1. nec sciens dici potest, c. presbyter 16. q. 5. ¶ Satisfactio 14. porro ¶ pœnitentiã duplex, vna est propitiatoria, & reconciliatoria, quæ & culpa deletur, & pœna auferitur æterna: hæc sola, est Deus, qui seipsum pro nobis dedit, vt nos ab omni iniustitia liberaret, factus reconciliatio pro peccatis nostris & totius mundi, D. Paul. ad Titum c. 2. Vnde nobis de peccato victoria contingit, D. Ioan. epi. c. 2. c. 2. & 1. ad Corint. 15. Alia est satisfactio canonica, seu disciplinaria, quæ ab administratoribus animarum, & qui Christi nomine sacramenta eius administrant, imponitur, quæ debet in obedientia a Christianis impleri: quia euellit infirmitates, quæ post peccatum in carne sunt, vt virtute sanguinis, & merito passionis Christi, minuat pœnam temporalem peccatis nostris debitam, vt que satisfaciendo matri ecclesiæ publicis criminibus læsa, petamus pœnam a Deo remitti. Hanc satisfactionem canonicam pœnitentiã dicere solemus, quæ Dei licentia imponitur, & auctoritate, delegatione, retentione, vel solutione peccatorum, D. Mathei c. 16. & D. Ioan. c. 20. Fitque satisfactio hæc vt plerunque per contritiã, quibus admissum est peccatum: vt sicut exhibimus membra nostra seruire iniquitati per iniquitatem, ita exhibeamus seruire iustitiã in sanctificationem, D. Paul. ad Roma. 6. aliena rapuisse, restituere incipe propria, D. Mat. c. 3. fornicatus es etiam, a legitima coniunctione aliquantum abstine, & c. nec sufficit vulnerato spicula de corpore euellere, nisi & remedia applicentur vulneribus. Nec constat semper cum peccati remissione remitti pœnam ex peccato debitam, vt 2. Reg. c. 12. & 24. & ex. 32. & Num. 14. Pœnas tamen has D. Paulus testatur remitti satisfactioe 1. ad Cor. 1. 11. dum ait, Deo iudicatur, a domino corrigimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Plura hæc de re vide in libr. qui dicitur adigma dicitur ecclesie Colonienfis, c. 48. Satisfactio itaque secundum quantitatem delicti imponi debet, cap.

fraternitas 12. q. 2. can. fallus, de pen. dist. 5. peccator autem tunc satisficit, dum pœnam iudicio ecclesiæ impositam exsequitur factis, c. facilius, de penit. dist. 3. Dicitur & satisfactio pœnitentiæ, peccatorum causis excidere, & earum suggestiõibus aditum præcludere, & illud, Vade, & amplius noli peccare, cap. quamuis caute, s. hac auctoritate, de penit. dist. 3. Estque satisfactio, aut publica, quæ publice fit pro peccato publico, ca. canonica 11. q. final. aut priuata. Ad satisfactionem quoque pertinet, damna, quæ quis intulit, refarcire & ablata restituere iuxta proprias facultates can. porro, & cano. parochianos de senten. excommunicat. ¶ Absolutio, ¶ peracta satisfactioe, clem. dudum de sepul. & reconciliatio ecclesiæ fit delinquentis, can. qui egerit, & sequi. de penit. dist. 17. Et est forma sacramenti pœnitentiæ hæc, Ego te absolutio a peccatis tuis potestate data, D. Mathei ca. 16. D. Ioan. euang. c. 20. in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: ex determinatione cõciliij Florentini sub Eugenio 4. Papa. Pramittitur tamen oratio, misereatur tui, & c. Sed illa non est de substantiali forma. Additur & manus impositio, quæ formula antiquissima est, cuius ministerio spiritus sanctus operatur, Niceph. Calix. lib. 6. c. 1. dum de lapsis restituitis agit. Hanc potestatem non omnis sacerdos de omnibus peccatis, sed in casibus sibi commissis, nec aliis per canones referuatis: nam quædam excommunicationes ad forum pœnitentiæ pertinent, c. 1. 20. dist. c. bene, de pen. & remiss. quædam ad iudiciale, & ad episcopum, vt iniectio manuum in personas ecclesiasticas, c. quanto, de consuetud. ca. canonica, de senten. excommunicat. & transgressio statutorum synodaliũ, & familia, c. mulieres, de senten. excommunicat. Sic constituemus in vniuersum regulã, pœnitentem absolui posse ab eo, qui habet potestatem absolueudi: Ceterum quæ sunt peccata, quæ referuntur absolutioni summi pontificis, quæ episcopo, quæ sacerdoti simplici, in vni colligit Angelus Clauusius in verbo Excommunicatio 5. 6. 7. vbi fuse videbis, si egeas. Liber eius enim facile occurret, vt non opus sit, quæ dixit, huc transcribere. Deus porro peccatori conuertenti ad se indulgentiam præbet, hoc idem, de pen. dist. 1. per pœnitentiã maxime, c. si quis omnem, 1. q. 7. Et quia bonus est dominus, & viscera non claudit pœnitenti, d. cap. si quis omnem, & perse & per eos quibus commisit in terris potestatem, plenus indulget aliquando, vt & clementia principis, qui in hoc seculo imperat, pœnam & præcedentem culpam abolet, remittit, & indulget, tot. tit. de abolition. & de gener. abolitio. & notant alibi latius inter. ¶ De indulgentiis ¶ itaque pauca agamus, quæ solent 16. extraordinarie concedi, prout indulgentia remissionem pœnæ notat, vt in cap. fin. 2. quæst. 3. & gratia concessionem, cap. fin. vt lit. pendens, cap. dudum, de priuileg. ommissis aliis indulgentiæ significationibus, quas tradit gloss. in cap. indulgentia, de pœnitent. & remiss. in 6.

De Indulgentiis. Cap. 9.

1. Indulgentia quid.
2. Vnde indulgentia, & pro quibus causis.
3. De Iudæo Iudaico & Christiano.
4. Materia, & res, ob quas conceduntur indulgentia.
5. De forma earum.
6. Quis concedere possit indulgentias, & quibus concedantur.

Concedit ¶ aliquando qui habet solus potestatem a maioribus delictis aboluendi eandem, aliis non habentibus, & pœnitentiã moderatur, ecclesiastica quadam liberalitate vtens, vnde indulgentiæ dictæ sunt. Sicut in persona Domini nostri Iesu Christi Esaias 41. dicit, Spiritus domini super me, eo quod vixerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiã, clausis aperitionẽ, D. Luc. 4. Aperit ecclesia tunc thesaurum illius admirandæ passionis dominicæ certis personis, & ob certas causas, cap. quod autem, de pen. & remiss. apud Gregor. c. excommunicamus. s. hæretici. extr. de hæret. cap. ad liberandam terram sanctam, de Iudæis, item & ob merita piorum hominum, quæ vocant opera supererogationis theologi. Et Episcopi etiam indulgentias ad annum vsque in dedicatione ecclesiarum, & in anniuersario eius 40. dies licite dant, non tamen vltra, c. cum ex eo, de penit. & remiss. Donant autem prelati delinquentibus peccata in persona Christi: sicut & D. Paulus, dum ait 2. ad Cor. 2. (qui autem aliquid donasti, & ego: Nã & ego es, donauit, si quid propter vos donasti, in persona Christi donauit, & sufficere ¶ certe p. infinitis peccatis & totius mundi, & plurimorum, si plures essent, passus est dominus nosse Iesus Chri-

dus prius. *c. venerabili. de testibus.* Neque sola miracula, quæ dicuntur fieri, inibi sufficiunt ad comprobendam, vel admittendam publicam venerationem: nisi & quæ diximus accedant. *ca. 1. & 2. de reliq. & vener. sancto.* Sed de his pauca latius agamus. Licet certe de reliquiis dicere, quod Plinius de magicis dixit herbis: hanc esse omni in re humanorum animorum conditionem, vt a necessariis orsa primum, cuncta peruenerint ad nimium, *Plin. lib. 26. cap. 4.* Neq; tam sanctum & approbatum quicquam, quin humana aliquando non violer audacia. Dignæ magna veneratione sunt reliquæ, dummodo extra ecclesiasticos cancellos nihil fiat: atque harum utilitas & effectus, incredulos quosq; si recte sine animi perturbatione velint iudicare, coget ecclesiæ catholicæ in hoc subscribere. Sienim sudaria & semicincta D. Pauli, a corpore etiam eius separata, in Dei nomine vim morbos Altorum 19. sanandi habebant, vt & sola vmbra corporis D. Petri, Altorum 5. nonne multo magis corpora ipsa, vt scribit Cyrillus Hierosolymitanus *catech. 18. illuminato.* Et Theodoretus *lib. 8. de curat. grecar. affectio. Animæ,* inquit, *martyrum triumphatorum, in celesti nunc patria vitam agunt, Angelorum choris interitur: corpora autem non singula singulis monumentis conduntur, sed ciuitates, oppida, paganiq; conueniunt. hæc inter se sortito partiti sunt laborantibusque animis, ac egrotis corporibus, salutares eos considerari non cessant: nihilq; seruis vrbium custodes, ac locorum præfides venerantur, quorū precibus ac interuentu apud Deum venies, per eos demum diuina numerat cõsequuntur. Scilicet itaq; eorum corporibus, integra tamẽ vis, & gratia persenerat: tenesq; ac tantilla reliquia, toti pars habet, multaq; in partes martyre dissecto, virtutis. Sc. Elias in nomine Dei, viuis mortuū vidua Sareptanæ suscitauit. *3. Reg. 17.* Elias eadem virtute, mortuus mortuū, *4. Reg. 13.* Diuisit & Iordanẽ pallium Eliæ, *4. Reg. 2.* De reliquiarum honore multa D. Hieronymus *aduers. Vigilant. Asterius Amalæx in Ecphrasii in Euphemium martyrem.* D. Augustinus pluribus in locis, *lib. 6. & 9. confess. pot. c. 7. & lib. 2. de ciuita. c. 8.* Et copiose D. Ambrosius *sermo. 19. Prudentius de passio. Hippol. Mira de corpore Babyle martyris a Numeriano Cæsare occisi D. Chrysofotomus in Babyla, de aliis Rufinus lib. 1. cap. 35. Socrates lib. 1. ca. 18. Sozomenus lib. 3. cap. 18. Theodoretus lib. 3. cap. 10. & 11. Metaphrastes in vit. Babyla. Admonet Dauid *Psal. 3. 6.* in hoc seculo etiam iustorum reliquias honorandas: custodi, inquit, *inocentiam. vide equitatem, quoniam sunt reliquia homini pacifico: iniusti autem disperibunt simul & reliquia impiorum interibunt.* Nec putanda sunt corpora hominum piorum, qui spem resurgendi habent, vt cadauera ferarum, seu aliorum animalium, quæ corrupta in propriam nunquam reditura sunt naturam. Dormire tantum dicuntur, qui in puluerem redierunt, suscitandi aliquando. Et pretiosa in conspectu Domini mors sanctiorum eius. *Psal. 115.* Et in Barnabam *Mart. D. Chrysof. de nativ. septem Machabæorum hom. 7. & hom. 28. de ascen. Domini. & sermo. 31. de virtut. & virtus. & lib. contra gentiles.* Alphonsus rex Hispaniarum cum Massiliam vi cepisset, inde Aloisii corpus exportauit, & veluti clarissimæ victoriæ solam mercedem Valentiam transportauit, ibique cum summa reuerentia & veneratione collocauit, vt refert Antonius Panormita. *lib. 2. de dict. & fact. Albo. ca. 4. & 5.* Sicut & Tholosam, præclarissima religionis pignora, sex Apostolorum corpora, aliorumque plurium martyrum reliquias Carolus Magnus Imperator, velut insignes manubias transtulit, vbi adhuc conferuantur. Quocirca & placidū magnum est, & maxime reipub. interest, falsas pro veris subici reliquias. Qui dicit sanctum non sanctum, & non sanctum sanctum, abominabilis est apud Deum, *c. si quis dixerit. & can. si quis hominem. 11. q. 3.* Et, Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, *Isaia. c. 5.* Earumque omnis abusus extrudendus, & nundnatio, tum ipsarum reliquiarum, *c. 2. de reliq. & venera. sancto. 13. de sacros. eccl. C.* tum etiam gratie inde procuenientis, *can. qui fraudat. 1. q. 1. c. 2. de reliq. & venerat. sanct.* Tantum enim potest auaritia cupiditas, vt prætextu religionis aliquando pòpulo impostuerit, & ex abusu bonorum, bona quoque odio fuerint: veluti ille serpens aneus a Mose in deserto eleuatus, sanabat eos, qui morsu serpentum istius laborabant, *Num. 21. Ioan. en. ang. cap. 3.* Postea tamen dum illo abuteretur populus, extritus ab Ezechia, *4. Reg. 18.* quia ipse nihil aliud quam figura erat venturi Domini.**

Solebant ¶ idololatrarum gentium sacerdotes, sæpe suis technis populo imponere, quales illæ, quæ a Christianis in Alexandria detectæ sunt. Cum enim euerterent templum Serapiæ, omnia simulacra inuenta sunt caua, siue lignea, siue ærea, ita

elaborata, vt caua pars & terga, templorum parietibus adaptarentur, occultis quibusdam meatibus in muro relictis: per quos deinde per alia quædam arcana adyta, in simulacrorum cauum subibant, & inde quæ visa eis fuissent, responda dabant. *Nicephor. Calist. lib. 12. Histor. c. 26.* Detexit & Daniel absconditum introitum, quem fecerant sacerdotes Bel sub mensa templi, super quâ proponi faciebant a rege singulis diebus escas & vinum, dicentes Belem ea vorare: cum ipsi tamen per occultum ingressum, noctu in templum irrupentes, raperent, *Daniel. c. 14.* Fuerunt & impostores, qui ab imaginibus seu simulacris ligneis vel æreis, quibusdam artibus, vel lacrymas, vel sudorem, vel aliud quippiam admirandum excuterent: & ita rudi populo imponerent.

Quare ¶ hæc notio erit iudicis spiritalis & episcopalis, ne hoc impune fiat, *c. si clericus. ca. 5. de for. compe. tit. 2. Decr. lib. 2. potissimum* si quædam ecclesiasticæ personæ attentauerint tantum scelus. Nam iudex illorum, proprius episcopus est, *c. si diligenti, cum 2. seq. de for. compe. ap. Grego. cap. fin. cod. in 6. l. statumimus, de episc. & cler. C.* Et episcopi est, decernere de reliquiarum veritate, & de miraculis earum, *d. c. 1. & 2. de reliq. & vener. sancto.* vt de superstitione, & de libris eius extirpandis, *l. Mathematicos. de episc. audient lib. 1. C. tit. 7.* Atque nominatim curam reliquiarum, & potestatem transferendi eas, & locationem, ad eos pertinere statutum a Leone Cæsare, *l. decernimus. 26. C. de episc. & cler.* Si tamen circa has imposturas scelus, quod sanguine expandum & vltimo supplicio sit, concurrat, aut quod etiam pœnam habeat a lege ciuili constitutam, nihil prohibet, quo minus & curiæ seculari non deferatur iudicium: vt in aliis placuit criminibus, *Panormita in c. cum sit generale. de for. compe.*

¶ Vt ¶ si etiam de possessorio reliquiarum agatur inter ecclesiæ, vel pagos, tunc & notio sit secularis regii iudicis, vt placuit senatui Parisiensi, *vide Papum. lib. 1. Rapsod. arestor. tit. 1. are. 1. & 2.* vt cum controuersia oritur, vel inter possidentes & repetentes, vel etiam inter plures, quæ veras reliquias contendunt pariter habere. Quemadmodum apud Dionem Cassium scriptum est *lib. 35.* inter duas vrbes Cappadociæ non procul inter se distantes, controuersiam ortam, cum vtraque diceret se habere gladium Iphigeniæ & inde cisam persuerasse: cum vtraque gladium ostenderet. Eiusmodi & inter Athenienses & Romanos controuersia de Palladio, quod sacrum dicebant imperii pignus: nam translatum Romam, & a Vestalibus obseruari Romani existimabant, furtim ex Athenis sublatum: Athenienses negabant, & se adhuc post Graiorum direptionem habere putabant, *Dionys. Halicarn. lib. 1. antiquit.* Difficile tamen est iudicium in controuersia his. Verendum enim est, ne si liquido non constet, quæ veræ sint reliquæ, pro falsis veras improbes: vel ne vtrisque veris, impie de aliquibus iudices. Et proinde tunc vbi ambiguit vtrique promuntur probationes, consultius fit, si intacta res relinquatur, per iudicium non liquere. Stricta namque ratio, nonnunquam in ambiguis religionis quæstionibus omiti solet: cum summa sit ratio, quæ pro religione facit, *l. sunt persona. 43. de relig. & sumt. funer. lib. 11. P. tit. 9.* Nec ausus est Angelus Michael disputans cum Satana de corpore Moysi, illi inferre iudicium blasphemæ, sed ad Deum reiecit, dicens, *impera tibi Deus, Iuda. c. 1.* Neque ¶ statim falsa putanda sunt miracula, quæ ex vtraq; parte fiunt, vel arte vel impostura demonum fieri iudicandum: si nobis impossibilia natura videantur, etsi in statu & aliis inaffueris appareant. Deus enim non tantum per organa hominum viuencia, gloriam suam & potestatem explicat, sed & per alia instrumenta, & certis locis tantum a se delectis. Sic & ille apud D. Lucam monuit, lapides clamatuos si pueri tacerent, *Luce. 19.* & iussit in exprobrationem Balaami, asinum loqui, *Nu. c. 22.* Scribit & Nicephorus ex Procopio, Chosroem Persarum Imperatorem, Edessa ciuitate hostem cum exercitu propulisse virtute imaginis faciei Domini nostri Iesu Christi, quam conseruatam publice inuenit, receptam per Angarū topoarcham antea Edessa. Consentunt & antiqui historiæ auctores. *Niceph. Calix. li. 5. hislo. c. 15. & 16. & li. 10. c. 30. Euseb. Pamph. lib. 7. his. eccles. c. 14. Sozom. lib. 6. his. tripart. c. 41. & 42.* in Cæsarea Philippi vrbe, q. aliter Paneadis dicta, æræ vnâ fuisse Domini nostri Iesu Christi imaginẽ fabricatã ab ea, q. curata fuerat a fluxu sanguinis per tactum hembraiarum vestimentorū Christi: iuxta quam herba adnascens, in firmitati simili medebatur, postquam statuae æræ hembra, nascendo retigisset. Accidit & quædã in statu & imaginibus sæpe prodigia, quæ vel scelerum sunt detestaciones, vel signa: quale illud miraculum, quod in ciuitate Beritho contigit

cum Iudæi imaginem Domini nostri Iesu Christi compertam, velut in eius contumeliam pupugissent, & flagellassent: cuiusq; latus cum pupugissent, tanta copia sanguinis & aquæ promanauit, vt in omnes orbis regiones, quantitas aliqua missa fuerit: Iudæis tanto miraculo consternatis ad fidem venientibus, vt auctor est Athanasius grauissimus & fidelissimus, lib. exhortationis ad monachos, tract. de passio. imaginis per septem capita. Scribit & Nicephorus Calix. li. 18. c. 14. Anatolium quendam Antiochiæ diis falsis sacrificantem, a Tyberio Imperatore Constantinopolim deductum, eumque, vt iudicium de eo feret, in custodiam missum in captiuorum locum, manibus post terga reuinctis: vbi cum esset virginis matris magnæ Mariæ statua quædam, & ad eam quasi supplicaturus se conuertisset, statua eum velut infandum & execerandum impurumve detestans, simul & criminis tanti arguens, tota se ab eo auertit. Est imago etiam quædam circa chori seu exedrarum ambitum, in ecclesia sancti Saturnini Tholozæ lapidea, quæ se inclinavit sponte, antea recta, quo tempore ex pluribus luforibus vnus eo transeuntibus, blasphemias atroces commotus: quam obrem is crimine detecto ea inclinatione, laqueo suspensus præ foribus templi fuit, vt adhuc monumentum scriptura exaratum iuxta imaginem testatur. Sic ego noui, cum adhuc iuuenis essem, viros probos, qui se id vidisse affirmabant. Strabo quoque lib. 6. Geograph. narrat, in templo Veneris in Ilio cum Callandra a Græcis violaretur, Palladium sese auertisse, oculos atque ora aperuisse: Palladium autem erat imago lignea Palladis. Imo Ethnicis vix quicquam insigniter horrendum contigit, quin statua signum aliquod exhiberent, vt sepe accidisse annotat Iulius Obliquens lib. de Prodigis. veluti cū Ligures prælio victi delective fuerunt L. Amylio Paulo, & Gn. Beblio Pamphilo Coss. hæc Martis moræ fuerunt, & Lanuui simulacrum Iunonis sospita, lacrymanit. Item Caio Mario, & Lucio Valerio Coss. quo tempore fugitiui in Sicilia trucidati sunt, quadrigæ auratæ a pedibus sudarunt. Et Lucio Marcio, & Sexto Iulio Coss. cum a Sila per ludos Romani trucidati, magna que strages in vrbe secuta, in arce Spoletana Apollinis simulacrum sudauit. Plura his similia transeo, sed mirabilius illud, quod ea ipsa hora qua Mauritius Imperator interfectus est Romæ Phocæ factione, res omnis vt gesta erat Alexandria innouerit, statuis decidentibus & clara voce dicentibus, quid ea ipsa hora Mauritio contigisset, Nicoph. Calix. lib. 18. c. 41. Paul. Diacon. Et quod legimus Dagonem idolum Philistinorum, ante arcam Dei contriuisse conscis pedibus & manibus & capite, 1. Regum 5. Hæc certe admiratione digna sunt, & potestatis Dei summa argumenta, sine qua nec dæmones hifcere audent, vel quicquam innouare queunt, & cuius iussu tantum, iræ Dei etiã inter paganos, signa exhiberunt. ¶ Et p̄inde animaduerti seuerissime cõsulo in istos impostores, qui & miracula simulant, & lipiana falsa supponunt: sunt enim falsarii, cum in falsis auctorandis lipianis, p̄oficis vsurpant ius. c. 1. de relig. & vener. sanct. Et ite sacrilegij, iisdemq; quibus illi p̄enis puniendi. Occidit gladio Nabuchodonosor sacerdotes Belis qui fingebant Belam deuorare apposita, Dan. 14. Nadab & Abiu, sacerdotes domini a Deo necati, q̄ in euis ministerio ignem alienum supposuissent, Leuit. c. 10. Vnus autem reliquiaru qualis sit, nemo non videt, & ita ad suffragia promerenda venerandas, & ad ecclesiarum sanctificationem pertinere: vt neque altaria, nec ecclesiæ consecrari debeant sine reliquiis martyrum, ca. de fabrica, & c. placuit vt altaria, de consec. dist. 1. Inibi tamen sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus sufficit, glof. in d. ca. placuit.

De Cœmiteriis, & sepulcrorum iure. Cap. 13.

- 1 Cœmiterii nominis ratio.
- 2 Quare consecrantur apud nos cœmiteria: item & quod dæmones ad caduera concurrant.
- 3 Cœmiterij sintio, quod religiosus locus est.
- 4 De locis ubi conati solebant antiquitus corpora.
- 5 Qui sit, vt propria aliquorum sint in Ecclesiis & Cœmiteriis sepulcra.
- 6 Libera sepultura electio: alioquin ibi sepeliendus, ubi quis suscepit sacramenta.
- 7 Electus locus sepultura a moriente, aliis quam eligenti non potest concedi, nisi necessitatis causa.
- 8 Monachi sepulturam non eligunt: item de aliis qui non eligunt.
- 9 Quæ Ecclesia habeat ius sepeliendi.

10 Quibus denegatur sacra sepultura.
 11 Prohibitis sepeliri de factis sepulis in consecrato loco, pollutus locus debet iis exhumatis reconciliari.
 12 Aliquando prohibitum laicos in Ecclesia sepeliri.
 ¶ Via futuæ resurrectionis spes in nobis firma & vera est, & animam immortalem esse, corpusque suum aliquando repetituram. Ideo & de sepeliendis corporibus honeste, ianctè, & religiose cura omni ætate & fere inter omnes nationes fuit: quanquam veri Dei cultus apud omnes non esset, quod pluribus docuimus lib. 2. præliudiorum optimi Iurisconsulti cap. 43. & 44. Idcirco & loca ubi conduntur corpora, dicta sunt cœmiteria, id est, dormitoria: id enim κοιμητήριον, ἵπὸ δ' κοιμῶν, dormire facio significat. Sic Diosidas apud Athenæum libr. 4. dipnos. τῶν οὐρανῶν apud Cretam dicit duos habere οἶκους, quorum vnum vocatur ἀνδρείον, alterum in quem dormitum mittunt hospites, κοιμητήριον. Vocauit & mortem dormitionem dominus, D. Ioan. Euang. c. 11. λέγει ὁ κύριος ἡμῶν κοιμηταί, ἀλλ' ἂν πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτὸν. Et postea, vt explicet ait, λέγει ὁ ἀπὸ θανάτου, id est, Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt eum a somno excitem: Et postea, Lazarus mortuus est. Et alibi, non est mortua puella, sed dormit, Matth. ca. 9. D. Marc. 5. Suntque passim obuia similia in sacra pagina, Job. ca. 7. 11. 14. & 21. Psal. 65. & 4. 1. Corinth. 11. & alibi. Et apud prophanos quoque auctores sic vsurpatum. Qui enim nobis mortuus est, quia excitari non potest, Deo dormit, qui potest: verum quia expectanda est meta resurrectionis, & mors perpetuum somnium & ferreum dicitur, sicut apud Homerum Illiade 30. ver. 241.

¶ ὅς ἐστιν ὁ ἀπὸ θανάτου κοιμηταί ὁ χυλκῶν ἵπνον, Statim vt cecidit, dormiunt ferreum somnum.
 Et Catullus ad Lesbiam:
 Nobis cum semel occidit breuis lux,
 Nox est perpetua una dormienda.

¶ Consecrantur apud Christianos cœmiteria iustis de causis, quarum & illa non contemnenda quod dæmones concurrere ad sepulcra soleant, vt ait D. Chrysostomus tom. 2. hom. 35. in Matth. Sicuti & legimus dæmoniacum in sepulcris habitasse, & ex illis vias obediisse, D. Mat. c. 8. Rationem reddit idem Chrysostomus homil. 29. in Mattheum, dæmones in sepulcris versari, quia periculosam opinionem hominibus ingerere conantur, quod hominibus qui abierint animæ, dæmones fiant, quod etiam a cogitatione nostra vnam ablit. & c. Franciscus quoque Venetus tomo 2. problematum sacra scriptura, sect. 2. proble. 79. & 80. tradit, mortuorum cadavera maxime frequentari ab spiritibus immundis: & inde cadauera, non ex se, sed ex spiritibus circumstantibus terrorem incutere, & maiorem solitario quam associato: & ideo accendi solere luminaria circa mortuorum corpora, vt arceantur potestates tenebrarum, quæ magis lucem timent, quam tæpæ, aut vespertiliones: hinc aspersioem aquæ benedictæ, thurificationem, consecrationem cœmiteriorum. Et ita cœmiteria suo nomine nomen Christianos, non nisi modice mortuos esse legendos, nec exemplo eorum, qui spem non habent resurrectionis: etenim mortui nostri dormiunt tantum, 1. ad Thessalon. 4. ca. qui diuina, can. vbi cunctique, 13. q. 2.

¶ Est ergo Cœmiterium locus ecclesiasticæ sepulturae destinatus. Ecclesiastica causa, nempe fides resurrectionis, facit vt cœmiterium dicatur sepultura, nempe quod tantum dormire, & in vitam æternam sepultos excitandos arbitremur: locus nãque alius temere electus, in quem, veluti cadauer animalis bruti, homo infoditur, videtur potius desperantis sepulcrum, & vt loquar cum Propheta, sepultura asini, Hierem. c. 22. Religiosus hic locus in iure civili dicitur sepultura hominis, l. cum in diuersis, de reli. & sumi. funer. in P. Proinde cœmiteria sunt per episcopos ab aliis locis profanis & puris, quid purus locus, l. 1. §. de ea, & l. 2. §. purus, de relig. & sumi. funer. diuidenda, & consecranda, iuxta ecclesias, cap. 1. §. quæst. 1. ad sepeliendos Christianos, ca. aurum, 13. q. 2.

¶ Diximus in ca. de sepulcro violato, in criminibus, de locis ubi antiquitus conati solebant defuncti de communi, de gentilitia, & cuiusque familie sepultura, & de pena violati sepulcri, vt bis non existimem repetendum. Dico autem nunc destinatum esse locu sepulcris comunem tantum, non in agris, vt antiquitus conati. Trib. can. 17. tum ob mala, quæ inde clam fieri poterat, vt quis posset homines iugulatos in suo sepulcro cõdere priuato seorsum: tum etiam, vt honestius & ritu ecclesiastico locoq; consecrato humarentur, quanquam bonis vilis sepultura non obfit, nec

lit, nec malis speciosa proficit, in cap. sacris, de sepult. can. ubicunque, 13. q. 5.

¶ In communi tamen loco cœmiterii, proprius locus & alicuius familie esse potest, c. fraternitatem, c. 3. de sepult. ut terra sepulturæ aliquorum in principio deputata, vel ante consecrationem emta propriis eorum sumibus, vel ædificato sepulcro, cap. aurum, 12. q. 2. c. precaria 10. q. 2. alioquin enim, ut simoniaca, reuocatur venditio loci sepulturæ, neque pecuniam licet exigere, ut quis in cœmiterio communi sepulturam habeat, abolita omni in contrarium consuetudine, c. abolenda, c. 13. de sepult. c. quæstus est, & ca. precipiendum, 13. q. 7. c. ad hæc, de rel. domib. In concil. Tribu. c. 16. & concilio V. atheniensi sub Leone I. Papa. & Theodosio, Cesar. c. 3. Quamuis enim in loco, qui priuato in sepulturam in cœmiterio venditur, nemo adhuc sepultus fuerit, tamen locus consecratus est: multo magis si in ecclesia. Et quæ religiosis sepulcris adherent, religioſa sunt, l. quæ religioſis, de rei ven. in P. ca. quiſquis, & c. si cut antiquius, 17. q. 4. ideo vendi nequeunt, neque enim religioſum nunc solum locum facit illatio mortui, quemadmodum iure ciuili, §. religioſum, de rer. diuis. l. 2. §. religioſum, de rel. & sunt fun. in P. Maria, in l. in tantum, §. religioſum, de rer. diuis. in P. ut antea purus videatur locus & vendibilis, ut in l. si monumentum, & ibi Bal. que res pign. obli. poss. sed initiatio seu consecratio. Sicut & apud Ethnicos interdum solebant sepulcra per pontifices & sacerdotes eorum designari, ut ait Strabo in 1.

¶ Proinde tamen ex indulgentia pontificis quisque sine simoniaca, propriam habere poterit sepulturam in ecclesia, vel cœmiterio aliquo. Et potest quilibet ecclesiam, vel cœmiterium in sepulturam ex arbitrio eligere, c. foror, & seq. c. Ebron. & c. vos, 13. q. 2. c. fraternitatem, de sepult. salua quarta parte parochialis ecclesiæ debita, c. de his, super eo, de sep. ap. Greg. c. fin. eo. tit. in 6. c. de dudum, §. verum, de sepult. quæ secundum locorum consuetudinem definitur, c. cum super, & c. certificari, de sepult. Ibi enim, si alibi non eligatur, erit sepultura defuncti, ubi viuens suscepit sacramenta, c. 1. & c. in nostra, de sep. c. is qui, eo. tit. in 6. At si electa sit alicubi, cum iuramento non mutandi electionem, ibi sepeliendus est, ubi elegit, nec potest sententiam mutare, Specula, in tit. de instr. editio, §. compendiose, vers. quid si quis iurauit, & tit. de sep. vers. & nota quod si aliquis, secundum aliquos. Verum hodie hoc iuramentum interdicitur videtur, in c. 1. de sep. in 6. nisi ex voto, & nulla causa mutandi sit, c. si vero, de iur. iur.

¶ Sic tamen nec curio ecclesiæ, electæ & propriam alicuius sepulturam sua in ecclesia, alteri cōcedere potest eligente inuito. Bar. in l. 2. §. 1. de oper. pub. l. 2. & l. si plures, de reli. & sum. fun. qui non quidem dominus eius, sed vltim qui fuit: nisi ex iusta causa, quia non possit alius alibi commode sepeliri, ut notat Archidiaconus in c. precipimus, 12. q. 1. Ludou. Rom. ling. 688. vel si ius sepulture legetur, ut fieri potest, Bar. in l. 3. §. si quis, de sepult. viol. Electio tamen sepulture intelligenda est libera in iis, qui decedunt, non ratione eorum, qui ius sepeliendi habent. Siquidem morturi eligere possunt, eo quo dictum est modo: dummodo si donec sint, l. in gradatam, de mune. & bono.

¶ Siquidem tamen monachi non eligunt, sed ubi vel religionem professi sunt, vel nouitium agunt, vel conuersionem, sepeliendi sunt, vide Boer. decis. 175. Innoc. in c. nimis in 1. & ibi in gl. in verbo eligi, de excess. prel. c. 1. 16. q. 1. nisi longe ab his locis deficiant, ut nō possint eo transferri, c. fin. de sep. in 6. Tunc enim, ut peregrini eligere possunt, vel si non eligant in cathedrali ecclesia sunt sepeliendi, vel in parochiali eius loci, vide Boer. in d. decis. 175. Et si de non peregrinis agatur: non eligunt sepulturam impubes, c. licet, in pr. de sep. in 6. vel furiosi, c. si de success. ab intesta. Serui autem puberes eligunt, pro impuberibus, dominis eorum, Angelus Clauasius, in Summa in ver. sepultura, n. 7. Si electio nulla fiat sepulture, ibi sepelietur filius, ubi ante sepultus pater, etiam si eius non sit heres, c. Ebron. 13. q. 2. Oldr. cons. 255. & 257. l. vel quod, & ibi Ba. de relig. & sum. fun. in P. vide c. licet, de sep. in 6. Mulier cum viro vltimo, c. 3. §. si de sep. in 6. c. vnaqueq, 13. q. 1. c. quos Deus, 33. q. 2. eligat autem si velit, c. de vxore, de sep. apud Greg. Spiritus cum matre, non cum patre: ut naturalis tantum cum patre, nisi essent parentes in dignitate, teste Angelo in Summa in verbo sepultura, n. 21. Illi etiam, qui mortuos inferendi ius habent, ex titulo de mortuo inferendo, & nunciis sepeliendi habent, ut ait Hostiensis in Summa, de sep. §. quid ius funerandi, & heredes in sepulcro eorum cui succedunt, l. 4. §. 13. de relig. & sum. fun. C. Qui inferri possunt in sepulcra familiaria & hereditaria, vide apud Azonem in Summa, de relig. & sum. fun. C. nu. 5. & 6.

¶ Sed tamen & ecclesiæ, in quibus sepeliri quis desiderat, ius sepeliendi habere debent: nam illud commune non est omnibus, sed tantum his, qui habent populum seu parochos, vel quibus ex priuilegio conceditur, Innoc. in c. 1. de sep. ut in c. nimis iniqua, & c. nimis praua, de excess. prel. c. priuilegia, de priuileg. c. ex parte, de sep. veluti concessum cordigeris, minoribus, & prædicatoribus, c. dudum, de sep. in cle. Si ecclesia interdicta sit vel cœmiterium, sepeliri nemo potest in illis, c. si ecclesia, de priuileg. in 6. c. si de sep. ideo quis in parochiali sepeliendus est, vel si ea sit interdicta, apud monasterium propinquum, Archid. in c. 1. de sep. in 6. ¶ Sed tamen & ex parte decedentium nullo modo conceditur sepultura, & denegatur in loco consecrato interdictis, c. cum in partib. de ver. sig. paganis, c. ecclesiam, & c. seq. de consec. dist. 3. Iudæis, hereticis etiam post mortem damnatis, c. sane presertim, 24. q. 2. c. si episc. de heret. cle. 1. de sepult. vltimariis publicatis, c. quia in omnibus, de vltim. cle. 1. & c. quamquam, de vltim. in 6. mortem sibi consciscuntibus, c. placuit, 23. q. 5. tutorem testamento relinquentibus presbyterum, c. neg. apud, 88. dist. ex D. Cypria, excommunicatis, c. sicut, de heret. c. si, de sepult. maiori vel minori excommunicatione, c. sano quod super, 24. q. 2. blasphemis, impœnitentibus, c. statutus, de maled. monachis proprium habentibus, c. super quodam, de statu monach. in torneamento morientibus, c. 1. de torneament. raptoribus non satisfaciuntibus, c. 2. de rapt. quibus interdictus ingressus ecclesiæ, c. his qui, de sent. ex. in 6. paruulis non baptizatis, ite vltimo supplicio affectis, certis demitis casibus, tot. tit. de cadam. penit. in P. Et in summa ecclesiastica deneganda sepultura iis, qui extra communionem ecclesiæ sunt, ut quibus non communicare debemus vituis, nec communicemus mortuis, c. ex parte, & c. sacris, de sep. quales & notorii peccatores & incorrigibiles, mortali peccato infecti, c. non estimemus, c. quæstus, c. quibus, c. pro obuentib. 13. q. 1. c. placuit, 23. q. 5. c. quicumq, clericus, 23. q. 7. ¶ Quod si huiusmodi, qui sepeliri prohibentur, facti in ecclesia, vel cœmiterio sepeliantur, polluitur locus, & reconciliari debet Deo, c. consultus, de consec. eccl. vel alta. exhumatis sepulcris, si ossa cōmode possint internosci, non aliter, c. sacris, de sep. Habebant in religione positum Ethnici etiam, ne in æde sacra vel loco publico sepulture deputato paterentur impios sepeliri. Quare refertur ex Lyfimachida Alexandrini Thebai. lib. 13. de sepultura Oedipi, populum Thebanum, neque apud se consecratarum eum sepeliri ferre voluisse, memorem multarum calamitatum, quas propter illum sustinisset. Prohibet & lex regia, mulierem pregnantem, si mortua, humari, antequam partus ei excidatur: qui contra fecerit, spem animantis cum grauida peremisse videtur, Martia, l. 2. de mort. infer. in P. Imperator, de stat. hom. l. pregnantis, de pen. in P. Iure tamen ciuili quoque inuenio prohibitum, ne quis sepeliatur in loco, ubi martyrum sunt reliquæ, l. 2. c. de sacros. eccl. ut inde colligi possit, in ecclesia non esse sepeliendum. Atque in concilio Moguntiaco, c. 52. constitutum, ut intra ecclesias mortuus sepeliatur: nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici. Concilium Triburienſe c. 17. can. precipiendum, 13. q. 2. & c. quibus, eod. vide Greg. li. 4. Dialog. c. 53. laicos ob miracula, quæ inde sepe contigisse dicit, omnino ab ecclesia arcer.

De religiosis, & sumtibus funerum, & de mortuo inferendo, & luctu. Cap. 14.

Lib. II. P. tit. 7. Wosenb. Meyez.

- 1 Edicta duo de iure sepulcrorum iuris ciuili.
- 2 Non licere transferre sepultos abque auctoritate superioris.
- 3 Capita edicti, Ne in alieno liceat sepelire, & ut funus liceat ducere, explicata: & de sumtibus funerum, & contra quos, qui impendit, agat.
- 4 Quæ impensa in funus tantum repetuntur, & quatenus, & qui fieri debent sumtus.
- 5 Pro quibus, & quando actio funeraria datur.
- 6 Quid contineat edictum: Ne quis prohibeatur mortuum inferre.
- 7 Ius inferendi mortui præscriptibile, non sepulcrum.
- 8 Leges circa mortuos sepeliendos honestatis.
- 9 Sepultura rationes quedam.
- 10 De legibus luctus mortuorum, & de pluribus luctus signis.
- 11 Prohibitum lugere milites Hierosolymitani sodalitiis.
- 12 Quæ persona lugeri debent, & quæ non.
- 13 Tempus, & modus lugendi maritis vxorum.
- 14 Modus lugendi, & luctus varius refertur.
- 15 De pompa exequiarum, & de ordine, quibus se habent.
- 16 De his, quæ sepeliebantur vna cum mortuis.

17 Sumptibus sepulturae modus impositus.

18 Ritus erga corpora mortuorum.

19 De Praeficiis.

1 N iure quoque Caesareo duo edicta praetoris inueniuntur, quae pertinent ad ius sepulcrorum: primum est, De religiosis & sumptibus funerum: alterum, De mortuo inferendo. In primo duae partes. Prima praetor edixit hunc in modum, in l. 2. §. praetor, de reli. & sum. fun. in P. lib. 11. tit. 7. Siue homo mortuus, ossa uel hominis mortui, in locum purum alterius, aut in id sepulcrum, in quo ius non fuerit, illata esse dicentur: qui hoc fecerit, in factum actione tenetur, & poena pecuniaria subicietur. Iure pontificio, qui alienum parochianum ab intestato mortuum sepelierit in alia, quam parochiali ecclesia vrbis, vbi mortuus est, tenetur ossa restituere, & beneficia inde suscepta, & alio modo componere, ca. ex parte, & ca. cum liberum, de sepult. apud Greg. ¶ Translatio ¶ sepulcrorum per edictum prohibetur, ne fiat sine auctoritate publica imperiali, seu pontificali, gloss. l. 8. & l. diui. 39. de relig. & sum. fun. in P. l. 1. & pen. C. eo. l. hereditas. de per. hered. in P. Et hinc olim narratur orta seditio, quod Macedonius Arrianus inuita magna parte populi, propria auctoritate arcam, in qua continebantur ossa Constantini Magni, de domo, in qua erat, in ecclesiam transtulerat. Quam rem indigne etiam tulit Constantius Imperator, tamen ipse quoque esset Arrianus: cum quod in ea seditione multi occubuerant: tum quia Macedonius corpus patris eius, absque ipsius consilio, transferre praesumerat, Socrates lib. 5. Histor. tripart. c. 32.

2 ¶ Deinde ¶ & iubetur, ne quis in alieno sepeliatur mortuus inuito domino, alioquin in factum actione teneatur, l. 2. de relig. & sum. fun. in P. & l. si plures, eod. Per quam qui agit, consequitur, aut vt tollatur quod illatum est, aut loci pretium restituatur: competitque tam heredi, quam in heredem actio perpetua, Caius in l. is qui inuit, 7. de religio. & sum. fun. in P. l. liberum. 9. eo. tit. Dehinc competit remedium, vt funus ducere liceat, hoc est, ne prohibeatur quis mortuum suum in sepulcrum inferre, l. ne corpora, 28. eo. Ne corpora mortuorum detineantur, neue via prohibeatur, & vt via ad sepulcrum praebatur, Vlpian. in l. si quis sepulcrum 12. cum sequ. eo. tit. neue ob debitum inhibeat sepultura, §. hoc autem vt cum de app. cognos. in aut. Est & alia pars edicti de sumptibus funerum. Qui funeris causa sumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum, ad quem carere pertinet, iudicium dabo. Quo edicto is qui funeravit, persequitur id quod impendit, l. si quis sepulcrum, 12. §. praetor ait. de relig. & sum. fun. in P. ne insepulta corpora iacuerent, & ne de alieno, d. l. si quis, & l. si quis, §. sed est res, eo. quia funeretur. Pertinet itaque hoc iudicium contra heredem defuncti patrisfamilias, & eius bona. Et primum contra eum, cui funus faciendum testator delegauerit, d. l. si quis, §. funus, l. at si quis, §. fin. & l. si funeris, eo. d. si filiusfam. 31. §. si. eo. Ex persona tamen defuncti agit cum herede, & hereditate, quae representant defunctum, l. in eo, & seq. de ac. rer. do. P. cum quo pro funere eius impendendo contrahere videtur, l. de relig. & sum. fune. Et fit creditor hereditarius hac actione funeraria separati; eius bona ab heredum bonis petere potest, si illi sint pro suis debitis, creditoribus onerati, l. de separatio in P. Atque vt creditores testatoris, minuunt legata ab eo facta, & prius impensum, quam illi legatum, repetunt, l. at si quis, 13. §. sed est res legata, de reli. & sum. fun. in P. Minuunt enim bona, impensa in funus, l. scimus, §. in computatione, de iur. delib. C. & omni credito praepouuntur, si hereditas soluendo non sit, l. pen. de rel. & sum. fune in P. l. 1. §. pen. ad l. Falc. apud Iustinia. Quod si de funere procurato matrisfamilias agatur, quae virum habebat, eadem, quae de patrefamilias, dicenda sunt: vt & heredes testamentarii, alique proximi ab intestato succedentes, teneantur ex bonis, quae vltra dotem marito relinquuntur, l. Neratius, §. si. de relig. & sum. fun. in P. Quod si maritus dotem lucretur pacto, vel partem ex morte vxoris, pro portione dotis tenetur lucrata, in id quod facere potest, l. Celsus, scribit 22. cum s. ll. seq. de relig. & sum. fun. in P. l. in eum, eod. tit. quamuis pro aliis debitis mulieris, ex dote lucrata, maritus cum heredibus vxoris non contribuat, l. licet, C. de iur. dot. Si tamen alia causa diuortio facta lucratus sit, & alii nupta decesserit, non tenetur funeraria, l. si mulier 29. de reli. in P. Quod si nulla dos esset, tunc omnem impensam pater mortua praestabit, aut heredes eius mulieris emancipate. Et si neque heredes habeat, neque pater eius soluendo sit, maritus in quantum facere potest, pro hoc debito conuenitur: ne iniuria eius videatur, quondam vxorem eius insepultam relinqui, Pompon. in l. quod nulla,

28. de reli. & sum. fun. in P. At si dos modica sit quam lucretur vir, & funeris impensa vxoris eam excedat, dari poterit actio in superfluum in patrem, l. Neratius, 20. §. si maritus, de relig. & sum. fun. in P. Verum si agatur de expensis repetendis ab eo, qui funeravit filium filiamve familias, pater tenebitur, vt de in rem verso, in P. pro dignitate & facultatibus funeraria actione, Paulus in l. in patrem. 21. de relig. & sum. fun. in P. Si tamen filiusfamilias castrense peculium habeat, primum successores eius tenentur, deinde ad patrem peruenitur, l. si filiusfam. 31. de relig. & sum. fun. in P. Si pro filiafamilias quae nupta erat, quis impenderit, poterit solum contra maritum experiri, & si dotem is restitutus sit, vel pro parte vel in totum nondum recuperata dote: reputabit autem patri, vel ei cui restituenda, quod eo nomine praestitutum erit, sed in nondum, cum 2. seq. eo. in P. Porro qui seruum alienum, ancillamve sepeliuit, habet aduersus dominum funerariam actionem, l. si filiusfam. §. qui seruum alienum, eo. tit. Iulius Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 29. in fine. Ceterum qui impendit, ita demum hos sumtus repetit, si animo repetendi fecerit: non vti que si sola humanitate, & pietate ductus faciat, & sepeliat. Vnde oportet testari quemque, quo animo funeratus: ne postea patiatur questionem, l. at si quis, §. sed interdum, de reli. & sum. fun. ¶ Neque ¶ etiam omnia, quae impensa sunt in funus, semper restituntur, neque tantum, quantum factum est, sumtus nomine imputatur, si immodice factum est: debet enim haberi ratio eius, in quem factum est, & ipsius rei, quae vltra modum sine causa consumitur, d. l. at si quis, §. hoc actio, & l. si quis sepulcrum, §. sumtus funeris, de reli. & sum. fun. Funeris causa sumtus factus videtur is demum, qui deo fuerit, vt funus ducatur, sine quo funus duci non potest: impensum in elationem mortui: si quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferretur: impensa peregre mortuo, quae facta est, vt corpus perferretur: quodve ad corpus cultodiendum, vel commendandum factum sit: in marmor vel vestem collocandam, d. l. at si quis, §. funeris causa, ¶ Quare quod extra ¶ funus impensum erit, veluti in curam defuncti, vel in aliud, non veniet hac actione funeraria, d. l. at si quis, §. hoc actio. Neque haec etiam in funus impendenti datur, si possit quis impensa repetere alia actione, puta familiae erciscundae, vel simili, d. l. at si quis, §. Labeo, ¶ Accedunt ¶ superioribus interdicta, De mortuo inferendo, & vt inferre libere liceat, Quo quare, inquit praetor, illi mortuum inferre inuito te, eius est, quo minus illi eo caveo mortuum inferre, & ibi sepelire liceat, vim fieri veto, l. de mort. inferen. lib. 11. P. tit. 8. Item, quo illi ius est inuito te mortuum inferre, quo minus illi sepulcrum sine dolo malo edificare liceat, vim fieri veto, d. l. 1. §. praetor ait. Prohibere videtur inferre mortuum, qui prohibetur per viam ire vt inferat, vt prohibere videtur edificare sepulcrum, qui prohibet eam materiam conuehi, quae aedificationi necessaria est, d. l. 1. de mort. infer. l. veteris, de iure actusque privat. in P. si modo eius sit eundem aliter vero, si non sit, qui prohibet, non tenetur interdicto, d. l. 1. §. facere, de mort. infer. Et ita qui ius habet prohibendi ne in sui praedictum aedificetur sepulcrum, debet prohibere, & opus nouum denuntiare: nam factio opere non datur alia actio, quam quod vi aut clam, l. 3. eod. tit. Idem si quis mortuum vnum inferat, vbi ius non est, cui ius est prohibendi, debet prohibere in initio: aliter secundum inferre non potest prohibere, si sciens illatum primum tacuerit, d. l. 3. §. si. ¶ Et ¶ ita ius inferendi mortui praescribi poterit, remanente tamen sepulcro domini, l. monumentorum. 6. de reli. & sum. fun. quamuis longa possessio, ius non tribuat ei, cui iure non competit, l. pen. de mortuo infer. Eaque erat lex Solonis, quae in rebus in sepulchris, forum aut bustum, non vti capi. quam & explicat Cicero lib. 2. de legibus. Erat & lex, quae non vti capere, unde de arboribus vti capere, sepulcrum ne deleant, neue in alienum funus inferant, Cic. 2. de legibus, & l. 2. de relig. & sum. fun. Circa funerariae leges sepulcrales plures ab antiquis latae fuerunt cum ad honestatem, tum ad sumtus componendos pertinentes, quarum aliquas, quae retulimus in titulo de sepulcro violato, omittimus, alias paucas referemus. ¶ Ad honestatem ¶ refero, quae primum de sepeliendis mortuis cauta sunt: eo quod ibi humanae conditionis memoria conferuatur, l. quidem de condit. in stir. et etiam illis sedem dantes, Paul. l. si quis eo animo, 40. de relig. & sum. fun. & veluti quietis locum. Qui sepultura caret, melius illi esset si esset abortiuus, Ecclesiastes cap. 6. Consultimus quoque publicae vtilitati, cuius inter est ne corpora insepulta remaneant, l. sum. personae, 43. de reli. & sum. fun. Athenienses decem Imperatores suos & quidem

dem a pulcherrima victoria redeuntes, capitali iudicio condemnantur, quod militum corpora, licet multis fauitia interpellante, sepultura non tradidissent. Id enim nullo modo, nec pie negligi ac praeremitti posse putarunt: quod esset in more totius Graeciae solatio parentum viutorumque emulationi, vt tradit Valer. Maximus lib. 9. cap. 8. Tempore persecutionis Maxeuti in oriente, fame orta maxima, qua ferme omnis populus moriebatur, Christianorum apparuit longeq. lateque vera pietas laudata & vulgata, quod cadauera, quae passim insepulta iacebant, sepeliebant. Niceph. Calix. lib. 7. c. 28. Euseb. lib. 7. Hist. ecclesiast. c. 20. & lib. 9. cap. 8. Viros labes & Galaad laudat David, quod sepelissent Saulem & Ionatham, 1. Reg. cap. 31. & 2. Reg. cap. 1. Et Tobias ob mortuos sepultos misericordiam consecutus, Tob. c. 1. & 2. Sub M. Antonio Philopho, propter multitudinem ex peste cadauerum, leges late astrictas de sepulcris. Quandoquidem canerunt, vt si quis vellet, sepulcrum fabricaret. Quod hodie, inquit Iulius Capitolinus, in M. Antonino, seruatur. Omitto ritus bustorum, dum cremari corpora sulebant, exceptis paruulis. Nam moris non erat priscis, vt ait Plinius, lib. 7. hominem priusquam edito dente, cremari: quod & docet Iuuenalis, Satyr. 15.

Natura imperio geminus cum funus adultae Virginis occurrit, vel terra claudatur infans, Et minor igne rogi.

Quod pertinet tamen ad animam, non nocuit bonis priuari sepultura, quemadmodum martyribus & sanctis, vide D. Augustinum lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 12. & lib. de cura pro mort. agen. cap. 2. Nam praeterea in conspectu Domini mors sanctorum eius, Psalm. 78. Et sepultura non animarum, sed corporum est receptacula animarum n. in superis, habitaculum, 4. Esdr. 7. & mansionibus illarum, celi, D. Ioan. Euangel. cap. 14. Neque etiam vel capillus de capite in corpore peribit, quin non resurgat, D. Matthaei cap. 10. Prodest tamen sepultura, vt memoria nobis illorum, qui excellerunt, sit, & pro iisdem sollicitus sumus, & amicitiae vinculum illis absentibus testemur: & ita sunt pro illorum ope, si egeant, oblationes, orationes, vigiliae, elemosinae, c. pro obeuntibus, & c. anima defunctorum, 13. quae. 2. Nam & iuari defunctos viutorum orationibus defendit ecclesia catholica, Dionys. Aereopag. lib. de eccle. Hierarch. par. 2. & 3. Gregor. Nazianz. orat. 81. Hieronymus in vita Hilari, Augustin. lib. de cura pro mort. agen. & lib. 9. confessio. cap. 11. & 12. & de verb. apost. sermon. 32. concilio Carthaginensi. cap. 79. D. Ambros. de obitu Valentinian. concil. Africano: nec inanimiter viuos baptizari id est, poenitentiam agere, pro mortuis dixit Paulus, 1. ad Corinth. 15. In tunc lectu mortuorum quoque transigendo, honestatis lex necessaria fuit, tantus est enim adempti patris, matris, vxoris, liberorum, aut amicorum dolor, vt praeter modum plures se inde affligant, ac mortem sibi ipsi adfiscant. Interdum & aliqui vsque adeo ferrei & ingrati, vt nec luceant, nec luctus signa aliqua ferant, interdum & superbe contemnant. Proinde moderatus lugendi modus decretus, & personae, quae lugeri, quae vel lugere debeant distinctae. Sic res, quae in lugendo veniunt, personae, & modus lugendi obseruabuntur. Res sunt, vt marmora, vestes circa mortuum, vel mortuo concedendae, Lat. si quis, s. funeris, de reliq. & sum. funer. in P. curatio funeris, conditio sepulturae, pompa exequiarum, orationes funebres, vestes lugubres. Lugubria ea dicuntur omnia, quae luctum & dolorem vel mouent, vel retinent: signa moestitiae & tristitiae, quae diuersi generis fuerunt pro more nationum. Cum Pelopidas cecidit, inquit Plutarchus in vita Pelopidae, in acie, quam Thebani habebant contra Alexandrum Phoenem Persae tyrannum, milites eius Thebani, neque thorum posuerunt, neque frenos equis detraxerunt, neque vulnera alligarunt, postquam de morte eius audierunt: sed cum armis, & tum etiam puluere sordidi & calidi, ad cadauer quasi sensibus, hostium spolia certatim deposuerunt, equos totonderunt, ipsi quoque totius fuerunt: multi in tabernacula sua verserunt, neque ignem accenderunt, neque conati sunt. Silentium autem, & luctus tota castra occupant, quasi non gloriosissimam, & maximam vltoriam peperissent, sed a tyranno vincti, & in seruitutem redacti fuissent. Ex ciuitatibus autem vbi nuntius ad eas perlatus est, aderant, magistratus, & cum eis Ephebi, id est, puberes, & pueri impuberes, & sacerdotes, ad subeundum humeris cadauer, trophaea, & coronas, & totius corporis armaturas aerae efferentes, habine & orationes funebres, &c. Neoptolemus filius Achillis, postquam vindictam necem ex Alexandro necato a Philoctete vidit patris Achillis, initium lugendi fecit, & vna cum Phaeice, atque Myrmidonum exercitu crines sepulcro deponit, pernoctauitque in eo

loco, vt ait Dictys Cretensis, lib. 4. de bello Troiano. Idemque fecit Neoptolemus, postquam cremauit corpus Aiace, & in vnam cineres condidit, & tumulum erexit, tertio a funere die, cuiusque reges comam apud tumulum eius deposuerunt, idem Dicit, lib. 5. Refert Suetonius in Caligula, cap. 5. mortuo Germanico patre Caesaris Caligulae, regulos quosdam barbam possuisse, & vxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. Alia signa luctus mortuorum, apud Phalaridem epist. 83. ad filias Stefichori, de morte patris, his verbis describuntur, & c. δεικνύει τὴν πένθη ἀλλὰ μὴ εἰδὼς καὶ ἡδύλα πρὶν ἐν ἀνέβουλοιο ἵμας, ὅτε εἰσὶ κούρεται οὐ μόνον ἐχθρὰ καὶ κούρα πᾶσι, κατὰ τὴν ἀνάγκην, ἀλλὰ καὶ πᾶσι, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν τοιαύτων ἀνθρώποις ἔστιν ἀγνοοῦντος ἑαυτοῦ, ὅτι ἐχθρὰ πᾶσι ὁ λαός, οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ὁ βίος ἐξ ἡμῶν ὁ πᾶσι ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἀνάγκη, id est, non est decens lacrymari, sed cantare de morte Stefichori, & in vniuersum, non quidem volo lamentationes & flagellationes, vel afflictiones corporum abiciere: non quia communiter hi afflictus omnibus accedant, sed quoniam miserorum sint, quorum non mors, sed vita vel potius mors deplorari debeat. Iulius Paulus lib. 1. recepi. Sent. tit. 21. cap. 3. qui vivit, inquit, abstinere debet conuiuio ornamentis, & alba veste. Atra veste enim lugentes olim utebantur, vt & innuit Statius, lib. 2.

Ipse etenim lectum nigra solatia pompe, Spectatunq. vbi scelus, & puerile feretrum — Produci.

Quamquam & mulieres in luctu olim veste alba vsas tradit Plutarchus, in problem. 25. Mortuo rege tantum apud Perlas, ignis, qui facer debatur, extinguebatur, donec funus esset absolutum. Et ita fieri iussit Alexander Magnus in funere Ephestionis, Diodor. Siculus, lib. 17. in 12. anno Alexandri. Inter tunc statuta tamen militum Hierosolymitanorum, tit. 4. qui de Hospitalitate inscribitur, cap. 12. sancitum a magno magistro seu generali illorum praefecto Claudio de la Sangle, vt honestissime quidem fratres, & milites illorum sepeliantur: sed ne posthac vilis, siue fuerit frater, siue secularis, pullatus omnino, siue vestitus veste lugubri funus sequatur, neque etiam ipsius magistri, vbicumque mortem obierit: idque, vt opinor, vt mortem despiciere, vel non timere adfiscant.

Personae tamen quae lugeri debent, sunt parentes & liberi vtriusque sexus, nec non & ceteri agnati vel cognati, secundum pietatis rationem & animi sui patientiam, prout quisque voluerit: qui tamen eos non luxerit, non notatur infamia, l. parentes, 23. de iis qui notant infam. lib. 3. P. tit. 2. sic intellige gl. si eius sit. Vxores viri lugere non compelluntur, sponsae nullus etiam luctus, l. vxores, 9. de iis qui notant infam. in P. Et more maiorum, non solent lugeri hostes, vel perduellionis damnati, neque suspensio, neque qui sibi manus intulerunt, non tadio vitae, sed mala conscientia, Vipia. in l. libero. rum, 11. de iis qui notant infam. in P. Vxorem tamen vero per decem menses olim virum luxisse arguit, quod scribit Ouid. in 1. Fastorum, de anno decem mensium Romuli agens:

Est tamen & ratio, Caesar, quae mouerat illum, Errorumq. suum, quo tueatur, habet. Quod satis est vtero matris dum prodeat, infans, Hoc anno statuit temporis esse satis. Per totidem menses a funere coniugis vxor, Sustinet in vidua tristia signa domo.

Annus autem postea lugendi mulieribus viduis a tempore mortis mariti impositus est, & non lugentibus, aut intra id tempus nuptias repetentibus, poena dicta infamiae, l. de iis qui notant infam. in P. cui & alia addita, in l. 1. C. de secund. nupt. lib. 5. tit. 9. maxime propter metum, ne familiarum fieret confusio, & turbaretur generatio prioris mariti, l. liberorum, S. est talis, de iis qui notant infam. in P. Et proinde tempus interceptum anni in properante ad secundas nuptias, infamia iure ciuili punitur tantum, remissa infamia, si non ferat insignia luctus, l. decreto, 15. ex quib. cau. infam. irrog. lib. 2. Cit. 12. Remissa etiam iure canonico poena nuptias acceleranti intra tempus luctus, c. pen. de sec. nupt. In Chabda tamen ciuitate, quae est inxta ciuitatem Tangast in finibus Indiae, vnde Torca, praefectum mortuum lege ita iubente, coniuges eius perpetuo lugent, neque vnquam a sepulcro discedunt pulla veste induta, & capite nouacula raso, Niceph. Calix. lib. 18. Hist. cap. 30. Seneca porro lib. 7. epist. annum tempus foeminae ad legendum constitutum fuisse a maioribus scribit, non vt tamdiu lugerent, sed ne diutius. Viris lugendi legitimum tempus nullum est, quia nullum est honestum. Sequuntur tamen recte mores locorum, in quibus degunt.

instinisse. Si verum est, quod ait Democritus apud Stobaeum, sermone de avaritia, quod Glos dicitur...

2. § Scire et alia feriae, quas vt euoluamus facili negotio, praefabimur quod de discrimine dierum apud Romanos tradit Macrobius...

Qua uor adde dies dictis ex ordine Nonis, Ianus agonali luce p'andus erit. Nominis esse potest succintus cassia minister. Hostia celsitibus quo feriente cadit.

Loco principis & inebat sacrificulo, vt ageret magistratus. vt meminit Dionysius Halicarnassensis in 6. Et Ouidius 4. de Ponto, eleg. 9. ad Graecium in consulem.

At cum Tarpeias esse deducit in arces, Dum caderet in sissu v'ultima sacra tuo.

Quare dum magistratus sacrificia facerent, vel auspicia captabat, per praeconeum clamante sacrificulo iubebant, hoc age, vt liquet ex Plutarcho in Nama, & in Marco Corollano. In intercis, quibus iam horis fas est ius dicere, quibusdam non fas. nam quo tempore hostia caedebatur fari nefas erat, & cum adeleretur inter cetera & p'irecta, licebat haec & Varro lib 5. de ling. Lat. Et sic de nefas & falsis agens Ouid. ait, lib. 1. Fastorum.

Neq' toto prestare die sua iura putaris, sicut praetorem,

Quam festus erit, mane nefasus erat. Nam simul extra Deo data sunt, licet omnia fari, Verbaq; honoratus h'bera prator habet.

3. § Feriarum rursus, aliae publicae, aliae familiares, seu propriae familiarum Publicarum in genera quatuor, aut enim stativae sunt, aut conceptivae, aut imperativae, aut mundinae. Feriae dicuntur, dies quibus cessatur ab opere aliquo, dictae, quod illis vel ferirentur habitae, cultuque diuino dabatur opera, a ferendis epulis. Et per extensionem dicuntur etiam feriae, dies sex post dominicum, quos nomine planetarum & idolorum dicebant Ethnici, lunae, martis, mercurii, &c. Quibus ex instituto Syluestri Papae nominibus omnibus, vel ab ecclesia explosis, feriae, dicti omnes dies, quod omnibus diebus Deo vacandum sit, quod vide late explicatum apud Brauum, lib. 6. de cere. c. 6. Feriae etiam dicuntur, dies in quibus ab aliquo opere vacui, dabant homines vel dare poterat operam aliis negotiis, quales sunt feriae mundinarum, messium, & vindemiarum, in quibus, vt dicemus, in primis silent opera rustica, & lites in aliis vigent, & vacatio quoq; litium est seu iustitium. Proinde § ex quatuor generibus feriarum, quaedam ad honorem Dei, quaedam ad homines pertinent, & earum quaedam ad homines pertinent, quaedam pro veneratione principis, quaedam pro utilitate seu necessitate hominum, quaedam ad publicam laetitiam vel luctum.

4. § Stativae feriae ad Dei honorem pertinentes sunt illae, quae anni certis, statis, & renouulis contingunt diebus & mensibus, in fastis seu Calendariis annotatae. Quomodo apud Hebraeos festum expiationis quotannis decimo die septimi mensis, qui in 9. Octobris nostri incidit, celebratum est: quo vnico die madauit Deus ieiunium seruati, Lem. 23. vocabat ביום כיפורים cha-

phorim. Erat & illis in mense Thifri, qui in 21. Octob. incidit, festum hofoeana raba, festum palmarum grande: septimus dies tabernaculorum, quo canit Ieremiam Iudaei, cuius formam proposuit And. Osiader, in annot. quas adiecit Harm. euang. lib. 3. c. 36. Et 15. die septimi mensis Thifri, id est, 15. Octobr. incoabatur festum Tabernaculorum, quod durabat septem continuos dies, vt repeteretur memoria diuinae protectionis populi in deserto, Lem. 23. D. Ioan. Euang. c. 7. vocant Hebraei festum סוכות focor, Graeci οκτωσχημα. Erat & illis prima die mensis septimi, חמשה עשר זכרון תרועה, festum tubarum, quod illi vocant, memoriam clangoris, per quam dicunt commonesieri populum de liberatione Israhel, ac immolatione, Lem. 23. Erat & illis statum festum septimo quoq; die quod sabbatum, requies ab opere hominum & iumentorum & boum, Exod. cap. 23. & septimus annus tertae, Exod. 23. Lem. 25. Erat dedicatio noui templi, eo absoluto post reditum ab exilio Babylonicum 23. Martii, Joseph. lib. 11. c. 4. Apud Ethnicos & idololatrias, etiam gentiles, erant festa stata, vt 15. die Februarii celebrabant Romae Lupercalia, & die dictum februatium, Ouid. 2. Fast. Quirinalia seu festum stultorum 18. Februarii, & eodem die Feralia, Ouid. 2. Fast. Et Charistia, festum 19. Februarii, a cognatis in familiis celebratum.

Scilicet a tumulis, & qui perire propinquis, Protinus ad vinos ora referre iuuat, Ouid. eo.

Erat ex quinquaginta vltima dies 23. Martii, quae tubilustrum.

Summa dies e quing, tuba lustrare canoris Admonet, & forte sacrificare die. Ouid. 3. Fast.

Targelia, festum Apollinis, Suidas. 7. Aprilis. Robigalia, ad rubiginem a segetibus arcedam 25. Aprilis, Plin. lib. 18. c. 29. vt eodem die Atheis festum δαφνηίων. Lemuria, lacta nocturna, mense Maii celebrata nocte ad fugandos e domibus lemures, Ouid. 5. Fast. Docet & Eusebius Pamphil. lib. 17. de prepar. euang. c. 7. gentiles quoque septimam quamque diem in veneratione habuisse, ex Hesiodo, & Homero. Plymberia celebrabantur Athenis & in Pyraeo, quo tempore & Palladis claudebatur templum, quod festum tam necessarium aliqui sibi, ac vniuersae ciuitati esse arbitrabantur, vt nullus Atheniensium etiam summa coactus necessitate, aliquo die illa operari auderet, Xenophon lib. 1. rer. Graecarum. Fiebatque vigesimo quinto die mensis δαφνηίων, vigesimo quinto Aprilis, qua die Alcibiades ab exilio reuersus est, Plutarchus in Alcibi.

6. § Apud nos, qui Christum dominum & Deum adoramus & colimus, statim dies festi plures sunt, vocantur & festa immobilia, & mobilia: immobilia, vt dies dominicus, sic nuncupatur Apocalyp. c. 1. de hoc Leo pont. max. epist. 79. & Niceph. Cal. lib. 7. c. 46. qui sabbatum Iudaeum antiquauit, quo resurrexit dominus a mortuis, septenis recurrentis singulis diebus, quo danda opera hymnis, & Dei laudibus, omni labore corporis remisso, in concilio Manticom. c. 1. in concil. Cabillonens. c. 18. Agathens. c. 47. Aureliac. c. 2. can. ieiunium, de consecrat. dist. 2. cap. quid die, 75. distinct. vt nec eo die ieiunandum, cap. ieiunium, & c. seq. de consecrat. dist. 3. c. placuit, eod. nec in oratione humilitatis prosterenda esse corpora, quia laetitiae dominicae resurrectionis est, placuerit, c. quoniam, de consecra. dist. 3. c. si quis presbyter, 30. distinct. Sunt alii dies festiui, certis temporibus consecrati in honorem Dei, & mysteriorum eius, & in venerationem martyrum, aliorumque sanctorum eius, vt & ipsi apud Deum nostri memores sint, vnde a Diuo Augustino vocantur memoriae martyrum, D. August. lib. 2. de ciuit. Dei, c. 10. Neq; enim reuocanda in dubium duco, quod fides ecclesiae Catholicae credit firmiter, pios & sanctos viros, etsi ex hac vita discesserint, tamen memoriam nostri facere apud Deum, a nobis interpellatos, vt se facturum Diuus Petrus post obitum dixit, 2. Pet. c. 1. Et ex veteri & nouo testamento diuinae legis satis constat, vt non nisi malitiose calumniari quis veritatem possit, veluti ex Psalmo 31. clarum, pro hac orabit, inquit, ad te omnis sanctus, &c. Et si seruerint Moyses, &c. Hieremite 15. Docet & angelus apud Tobiam, cap. 12. & in cap. 8. Apocalyp. Et angelus est pro populo apud Zachariam orans, Zachar. 1. & apud Hieremiam, c. 29. angelis porro sancti & beati similes sunt, Luca 20. Omitto orationem Onice mortui pro populo, 1. Machab. 15. & quae Cyprianus, epist. 1. lib. 1. & 3. lib. epist. 6. & Hieronymus contra Vigilantium, scribunt. Diuus Ignatius etiam, epistol. 8. ad Tharsenses, dies festos, inquit, nolite in honorare. Et Diuus Gregorius Nazianzenus testatur lib. de pauper. aman. nos festos in honorem martyrum veritatis celebrare, vt quorum certamina veneremur, eos imitemur. In summa qua-

lia sunt festa in mobilia apud nos, docebit te Gratianus, in c. 1. de consecr. dist. 3. & Gregorius 9, in c. conuictus, de feriis, quibus adentur & alia in iure expressa, c. crucis de consecr. dist. 3. Clo. si dominum, de reliq. & vener. sanct. & c. fin. de feriis, c. si de sent. exc. in 6. in l. pridie, de fer. in P. 1. dies, l. omnes, C. eo. & si qua alia ab episcopo, cle- ro, & populo recipiantur, ratione quadam speciali, c. pronuntian- dum, de consecr. dist. 3, in concil. Magunt. c. 36.

7 ¶ Mobilia t̄ porro festa, cōcepta ferie dici possunt: quæ quan- do celebranda sint, singulis annis ante a pontificibus prædicuntur, veluti Pascha, Rogationes, Ascensio Domini, Pentecoste, Cor- pus Christi. Erant & ferie conceptiæ apud Ethnicos, Latina: se- mentinæ, paganalia, compitalia, Macrobi. lib. 1. Satur. c. 16. ex Var- rone, 5. de ling. Lat. Pro veneratione principis, & aliorum heroum, statuiæ etiam ferie sunt: si natalis dies eorum obseruetur feriarum, si dies initiati imperii, l. omnes dies, 6. de feriis, C. vt decretū a trium- uiris Romanis, vt qui senatores, vel senatorum filii, natalem Cæ- saris diem lauro coronati non celebrassent, si multam decies HS. penderent, Dion Cassius, lib. 47. hist. Adrianus die natali suo mille ferias edidit, Elius Spart. in Adriano. Cumque Iulia Octa- uiani Cæsaris neptis ex forore, vxor Agrippæ, Caium peperisset, sacrificium perenne natalibus eius, cum quibusdam aliis decre- tum est: priuatim autem ædiles natalibus Augusti, ludos eque- stres & venationem ediderunt, Dion Cassius, lib. 60. hist. Megale- sia, Iudi celebrati in honorem magnæ matris, vt dicebāt deorum Ouid. 4. Fastorum. 5. Aprilis, vel secundum Liniū, lib. 9. decad. 3. idibus Aprilis. Athenis quotānis celebrata sunt τρωαίεα, festum institutum in memoriam felicitatis reducti Thesei, qui interfecto Minotauro in insula Tauro, & liberatis Atheniensibus a difficili tributo, secum ex Creta obsides Atheniensium liberos incolu- mes reducit, die 8. Octobris, vrbem ingressus est, Plutar. in The- seo. Sicuti etiam αἰολία celebrabant: 16. Iunii in honorem Thesei, quod is in vnam vrbem, quam appellauit αἰολία, sparsas ante ce- gerit, Plutar. in Theseo. Thucydides vocat hoc festum αἰολία, libro secundo, pagin. 40. Sicyonii celebrabant festum αἰολία, in honorem Arati 5. Nouembris, eo quod ille hoc die Antheste- rionis mensis, patriam a seruitute tristi regum Macedonicorum in libertatem vindicauerat, Plutar. in Arato.

8 ¶ Ad t̄ vtilitatem hominum sunt & necessitatem rusticæ ferie vindemiarum, & messium, quæ conceptiæ sunt, & indicuntur a præsidibus prouinciarum, iurgiorumque clauditur campus, vt li- berius colligendis fructibus naueur opera, l. publicas, cum 2. seq. C. de feriis, lib. 3. tit. 12. l. 1. eodem tit. lib. 2. P. tit. 12. cap. significa- uerunt, de iudic. apud Greg. paucis exceptis, quæ suadentius etiam dici istemporibus, vt in causis, quæ summarie & de plano expedi- diti mandantur, vt Clem. sapa. de verb. signif. l. miles, §. sexaginta, ad l. l. de adult. in P. si res, de qua agitur, tempore dilato sit peti- tura, l. 1. §. sed excipitur, de feriis, in P. si tutores vel curatores dandi sunt, l. 2. eo. tit. vel amouendi si alimenta petantur: si missio in pos- sessionem ventris nomine faciendā: si ætas probanda, &c. de qui- bus in l. 2. §. 3. de feriis in P. volentibus quoq; & consentientibus ligantibus vtilique, etiam his feriis iudicium fieri poterit, c. si §. si. de fer. apud Gregorium. Possunt & actus voluntariæ iurisdic- tionis expediri, l. actus omnes, l. 8. C. de feriis. latrones comprehendi & torqueri, l. pen. C. eo. fiscales & publicæ causæ agi, l. publicas, C. de fe- riis. Constituuntur autem istæ ferie messium, & vindemiarum ex more regionis & consuetudinis seruata, Paul. in l. presides, 4. de feriis, in P. l. si in aliquam, 17. de off. proconsul. lib. 1. P. tit. 16. Sicuti nec sementinæ ferie statæ erant institutæ ad procurandam maiorem fegetem, tunc factæ quando femina lacta erant. Sicut innuit Ouid. 1. Fastor.

Ter quater euolui signantes tempora fastos,

Nec sementina est illa reperia dies.

Cum mihi sensit enim lux hac indicitur, inquit,

At qua quod a fastis non statæ sacra peris,

Atq; dies incerta sacris, sic tempore certo,

Seminibus iactis est ubi fuerus ager.

9 ¶ Nundinarum t̄ ferie videntur contraria ratione superiori- bus inductæ, vel ad relenanda opera rustica, nam illæ paganorum sunt & rusticorum, quibus cōueniunt negotiis propriis vel mercibus prouidendi, vel leges accepturi, vel iurgia composituri, vt late explicat Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. Interim autem auo- cabantur a rure, l. 2. de nundinis, in P. Erant nundinæ ferie post octauum diem, nam tot rustici lab. stabant, nono mercatum pete- bant. Nundinis, inquit Plinius, libro decimo octauo, cap. 3. vrbem reuistabant, & ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebs

rustica auocaretur. Quæ somni quo in stramentis erat, & albili- bro 28. c. 2. vnguis delectari nundinis Romanis tacenti atque a digito indice, multorum pecunia religiosum est.

¶ Ad t̄ vtilitatem etiam hominum, illæ ferie videntur indu- ctæ, quæ lætitiæ consecrate sunt. Sic fuerunt quædam festa statu- ta Claroris feruis diæis, Cretensum, in Cydonia: quibus liberi ci- uitatem non ingrediebantur, sed ferui rerum omnium erant do- mini, atque liberos flagellare poterant si libuisset, Athenæus lib. 6. cap. 6. Erat & Cantorum festum, quod tempore festi Dionysia- ci agebatur, in quo singuli accedentes, veluti præmium suis diis cantilenas persoluebant, Athenæus lib. 7. cap. 1. Lagenophoria fes- tum in Alexandria, quod fiebat decumbentibus conuiuis, & de- ferentibus singulis lagenam secum, Athenæus ubi supra. Erant & Saturnalia, de quibus late Macrobius, lib. 1. Saturnal. c. 2. & Lucia- nus in Saturn. seu Chronosol. Addidit huic festo Caligula, vt læti- tiam publicam augetet in perpetuum, vnum diem, vocauitque Iuuenalem, Suetonius in Caligula, cap. 17. Cæsar duos, Macro- bius lib. 1. Saturnal. cap. 2. & cap. 10. Sic quatuor fuerunt Saturna- liorum dies, secundum Dionem quinque, Dion Cassius lib. 59. & 60. secundum alios septem, circa 14. Kalend. Ianuarii. Apud nos ante quadragesimam ferie maxime gulæ & voluptatis in carnif- priuio. Inter Hebr. 15. Augusti, Paul. Eber. in Cal. hist. in 15. Aug. Iudæi celebrant conuiuia, credentes illa die mitigatam captiuita- tem Babylonicam, & incoari nouam anni partem. Et apud Iu- dæos festum פורים purim, fortium, seu vrbatum, 14. die mensis Adar, seu 14. Martii, 2. Machabæor. cap. ult. מאסדוואי חילעז, quo die Iudæi extra Sufam habitantes, a crde ciuium vim parantium desistentes, epulis & hilaritatibus sese dederunt, læti propter in- speratam conuersionem extremi periculi in summam tranqui- litatem, Esther cap. 9. Suntque hæc Iudæorum Bacchanalia. Qui- bus diebus legunt historiam Hester, vbi quoties fit mentio Ha- mam, pugnis & malleis pulsant scama in synagogis. Habent et- iam aliud festum, quod illis dicitur, חמשה עשרה לחמח thorah, lætitiæ legis, in qua exsultant Iudæi: quod hoc die finitur lætio quinque librorum Mosis, & incoatur deuo primus, le- giturque prima פורים sedara: itaque nocte singuli accendunt suos cereos lychnos, 23. Tifri, seu Octobris, Paulus Eberus in Cal- endario, in vigesimo tertio acto. Hocque ipso die, Romæ Annæ peregrine festum geniale, quo coniuges cum liberis, vt ait Oui- dius 3. Fastorum.

Protinus errantes læti vescuntur in agris,

Et celebrant largo seq. diemq; mero.

—annoq; precantur,

Quot sumunt cyathos, ad numerumq; bibunt.

Et rursum,

¶ Erant t̄ & festum Veneris, degustandis vinis institutum, se- cundum occasionem quam refert Ouidius 4. Fastorum, & Plinius lib. 18. cap. 19.

¶ Erant t̄ quæque ferie imperatæ, vel imperatiuæ, quas con- sules vel prætores pro arbitrio potestatis indicabant: nuncque & indicuntur ab aliis iudicibus vel principibus, & vocantur repen- tinæ. Princeps tamen solus generales has repentinæ indicare potest, non etiam inferiores, l. a nullo iudice, 4. de feriis, C. Impera- bantur vt plerunq; ob euentum quandam populo, vt si terræ motus, vel spectrum aliquod apparuisset: quibus & addebantur supplicationes publicæ, & orationes, vide Liniū 1. lib. decad. 4. & lib. 1. decad. Et more Romano receptum erat, vt esset vnus præ- fectus vrbis, qui feriis celebrandis præesset: quod tamen offi- cium intermissum est eo anno, quo ciuile bellum Cæsaris & Pompeii cepit, & apud prætores potestas fuit, Dion Cassius lib. 41. hist. Romana. Ob lætiam publicam indiæ sæpe ferie, & postea sæpe annis sequentibus vsurpatæ: vt insignis dies factus 13. Martii, qui Hebræis Adar, ob insignem victoriam Iudæ Machabæi, prostrato exercitu Antiochi duce Nicanoro, 2. Machab. cap. fin. Iosephus lib. 12. de bello Iudaico, cap. decimo septimo. Et si res quædam feliciter succedat, indicuntur aliquando ferie, l. 1. C. de feriis, veluti cum Iulius Cæsar vicisset Cn. Pompeium in Hispania, triumphum Romæ egit, & ferie quinquaginta dierum actæ, Dion Cassius lib. quadragesimo tertio hist. Similiter diem, quo cap- ta fuit Alexandria ab Octauiano, festiū esse statuerunt Ro- mani, & ab eo sequentium annorum numerandi initium sumi, Dion Cassius libro quinquagesimo primo historiarum. Sic quæ per decennium tantum, primum fuit decretum imperium Octa- uiano Augusto post victoriam Triumviratus, eque elapsi per aliud decennium renouatum est & continuatum: inde postea Impera-

Imperatores, etsi ad vitam subirent imperium, tamen singulis decenniis pro imperii renovatione festum agebant. Quod & suo tempore factum testatur Dion Cassius, lib. 53. *hystor.* Ferias quoque iudici extra ordinem ob res prospere gestas, vel in honorem principis, & in his iudicia facta restitui in integrum, tradit Vlpianus, in *l. sed & si per praeorem, l. 6. §. si ferias, ex quib. caus. maior. lib. 4. P. tit. 6.* Et Imperator oriētis Emanuel Comnenus primum diem Maii ob memoriam Constantini & Helenae, festum esse voluit, *lib. 2. constitutionum iuris orientalis, in const. eius 2. tit. 1. et de iur. iur. l. 1. §. de feriis.* Proconsules quoque pro iucundo suo aduentu, dum in aliquam celebrem provenirent civitatem, vel caput suae provinciae, ferias quae secundum mores & consuetudinem, quae retro obtinuerant, dabant, *Vlpia. in l. si aliam, l. 7. de off. proconsul.* Oblectamēta etiam aliqua statuta: veluti Iudaei, in *דבריהם* seu 9. *ugust.* ieiunium strictissime servant, in eedem nudis pedibus, & humi sedentes, & cum alias partes bibliorum recitant continentes tristem aliquam historiam, cum threnos historiae ter perlegunt: quia hoc die credant incensam fuisse Hierosolytam a Nabuchodonosore, & Tito. *Paulus Eberus in Calend. hystor. in 9. Augusti.*

13. Apud Romanos, nullum erat festum atratum vel lugubre, nec placentis ob raptos Deos, nec lamēta mulierum, quae facta Graeci faciunt raptam Proserpinam, casusque Bacchi referentia, & id genus alia, *Dion. Halic. lib. 2. antiq. Rom.*

14. Prius temporibus antiquam fusti a Cn. Flavio scriba, iunctis patribus in omnem notitiam proderentur, pontifici minorum haec provincia delegabatur, ut novae lunae primum cōsuetudinem adhiberet, viamque regi sacrificiali renuntiaret. Itaque sacrificio a rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, vocata in capitolium plebe iuxta curiam calabram, quae castra Romuli proxima est, quot numero dies a calendis ad nonas superessent pronuntiabat. Quod post novam litam oportet nonarum die popularis, qui in agris essent, confluerent in urbem, accepturos caulis feriarum a rege factorum, futurorumque quid esset eo mense faciendum: unde & quibusdam nonae dicitur putantur, quasi innotu observationis, ut refert Macrobius, *lib. 1. Saturnia. c. 15.* Nunc etiam inter Catholicos, singulis diebus dominicis, curio vel eius vicariis, ex suggestu parochis calatis & congregatis, explicat, quae feriae in hebdomada vacationem ab operibus ferilibus habent: quae in honorem Dei i sacrate sunt.

15. Incipiebat mensis ex institutione Romuli a nova luna, & ab eius apparitione fasti & nefasti dies declarati. Sicut & apud Hebraeos menses lunares, & primus dies Neomeniae seu Kalendae, in quo proprium sacrificium destinatum Deo erat, *Nun. c. 11.* & ut Ecclesiasticus ait, *Eccles. c. 43.* a luna signum diei festi, & *Exodus c. 13.* *in mensibus tuis deus celebraverit, tunc deus tuus iniquam rem dabitur tibi, ut ait Plutarchus in Problem.* Et Graeci in nova luna solebant deos venerari, in secunda die heros & demones.

16. Feriandi vel colendi leges iam positae sunt. Nā & Deus dum festa sanxit, *Exod. c. 20. Dent. 5.* adiecit a quibus abstinendum sit: *memento quod die sabbati sanctificas, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimum autem die sabbatum domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & iumenta quae intra portas tuas, &c.* Omnis qui fuerit opus in hac die, morietur: qui polluerit hoc morte morietur, *Exod. 31.* Conqueritur & dominus, *Esdr. c. fin.* quod in hac die sabbati calcarent Iudaei torcularia, & onerarent asinos, & imponerent vvas, ficus, & alia, & in sabbato venderent, emerentve pisces & alia venalia. Explicant Rabini hoc praeceptum, in libro *מגילת סוטה* *mitzotib. loshagna seeb;* id est, praeceptorum, negationum, praecept. 65. ut prohibeat fieri hoc die quicquid ad acquisitionem panis aut vestium pertinet, qualis agricultura, seminatio, demessio, trituratio, ventilatio, commolitio, subagitatio, decoctio: de onisio lanae, dealbatio, captio, coloratio, &c. sed his addunt alia vana, hoc die non ambulandum super herbam, ne pedibus eam auellas: non conscendendam arborem, nihil in ea suspendendum, ne ramum aliquem fringas: non poma decerpenda, non tergendas vestes vino vel oleo madefactas, non obstruendum manu vas effundens vinum, non ponendum pomum ante ignem, non lanandas manus, non venandum pilicem si falter tantum, secus si pingeret: pilices occidit non posse, pediculos posse, & alia similia superstitiosissima, quae Dominus noster Iesus Christus exprobrat illis. Non reprobavit autem sanctificationem sabbati, in cuius locum successit dies dominicus colendus, *ex ecclesia*

constituit. Archid. in can. ieiunia, de consecra. dist. 3. sed hypocrisis, & leuem illam superstitionem. Sic etiam & in aliis festis diebus, Deus statuit esse abstinendum ab operibus ferilibus, & a corporalibus & quatuor artibus, & tunc affligendas animas, & efferenda holocausta domino, *Levit. c. 23.*

¶ Et iure humano, mercatus & nundinae diebus festis Deo dicatis prohibentur: cui si quaedam contraria obreperit consuetudo, ea velut impia reiicienda est, *c. 1. de feriis, & ibi Hof. & Pan.* cum difficile sit inter ementes & vendentes, non inter emere peccatum, *c. qualitas, de poen. dist. 5.* Atque in constitutionibus Caroli Magni, Aquisgranii habitis, sic statutum, *Ne diebus dominicis opera servilia fiant, non ruralia, non vineam colant, non campum arant, non fossas fecerint, non sepe ponant, non sylvas exstirpent, non arbores cadant, non petras, non domos exstirpent, non hortum colant, ne ad placita conveniant, non venationes exercent.* Feminae & ne *18* *texant, ne capillent, non consuant, nec acupicturas faciant, non lanae carpant, ne limum percuciant. Nec publice vestimenta lauent, non verucces tondeant. Licet autem, inquit, tria carraria facere opera, scilicet hortalia carra, vidualia, & si necesse sit corpus ad sepulcrum mortui ducere.* Prohibentur autem & opera rustica servilia, *can. 1. & 2. 15. q. 4. vt liberius orationibus vacaturi ad ecclesiam perveniant. Non licet, inquit concilium Altridense, c. 16. die dominico boves iungere, vel alia opera exercere.* Sic & lites & iurgia, tempore maxime festorum ad honorem Dei introductorum, quiescunt, *l. 2. & 3. homines dies, & l. si. C. de feriis.* Et ita intelligendam puto, *l. 1. si ferias, l. 6. de feriis & dilationibus.* Erant idcirco dicti dies nefasti, quibus iustitium indicabatur, cum non licebat lege agere, & praetor illa verba tria effari efficaciter non poterat, *do, dico, addico, Varro 5. de ling. Lat. O. adius de diebus, 1. Fast.*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur, Fastus erit, per quem lege licebit agi.

¶ Atque iunctis feriis ob honorem Dei introductis solemnibus, neque etiam consensu partium iudicium fieri potest: & si fiat, nullum est, quamvis in feriis vindemiarum & messium consensus gestum firmet, *c. fin. de feriis.* Sicut & tempore feriarum repentinatum, ob gestam rem feliciter indagarum, appellare licet, *l. 1. C. de feriis.* Et ad comparandum die feriato, non tamen ut respondeatur die feriato, *l. 1. de feriis, in P. citatio in ius valet, vide laus de hoc gl. in c. si. 1. q. 4. & Ang. Clauas in summa, in v. b. feria, nu. 37.* Die dominica potissimum iudicialis omnis actus quiescere debet, & tuti sunt, veluti per inducias inter se litigantes, & foederis interualum, cessatque vox horrida praeconis, *l. fin. §. si. C. de feriis.* Et ita nec carcerari hoc die possunt.

¶ Quomodo tempus feriarum festorum dierum, pacem seu inducias inter hostes constituit, secundum ius aliquod, *c. 1. de tregua & pac. lib. 1. decret. tit. 34.* Sicut & in solemnibus festo Apollinis Thymbrei inter Troianos & Graecos, requies bellandi per inducias est interposita. utroque exercitu sacrificio inessente, *Dionys. Creten. l. 4. de Bello Troiano.* Et abstinebant a pugna Machabaei tempore sabbati ab initio, donec male id cessasse, urgente hoste experti sunt, *1 Mach. c. 3.* Et narrat Dion Cassius *lib. 37. hyst.* Iudaeos non fuisse ausos bellare contra Pompeium, templum defendentes Hierosolymitanum, & ideo expugnatum ab eo, aliter vero nunquam expugnandum.

¶ Plures & de violatis templis apud Athenienses capite damnati sunt. Sic Euandrum violasse mysteria populi capitis praedicio statutum est, deferente eum Therpiense Menippo homine Care, quod Menippum a se actione mercatoria damnatum, eum prius, ut aiebat, apprehendere potuisset nusquam, in mysteriis hominem nactus arripuit, & e hoc condemnatus, nullius alterius criminis reus, ut ait Demosthenes contra Mydiam, qui & Ctesiclem damnatum ea de violatione alterius generis scribit, *ead oratio.* tantus etiam Ethnicorum fuit in eos, quos putabant religiosos cultus, ut in illis putarent indignum, & impium, mala vel verba facere. Sic Ouid. *1. Fast.*

*Prospera lux oritur, linguis animisq; fauete.
Nunc dicenda bono iure, bona verba die.*

Et Tibullus, *lib. 2. Eleg. 1.*

*Dicamus bona verba venit natalis ad aras,
Quisquis ades, lingua vir mulierq; faue.*

Et iterum Ouid. *lib. 15. Metam.*

*— cognouit numina castus
Euictus vitia crines albente sacerdoti:
En Deus est Deus est, linguis animisq; fauete
Quisquis ades dixit, &c.*

23 Ceterum ¶ duo capita efficere possunt, vt vetita permittantur, necessitatis inquam, & pietatis. Necessitas facit licitum, quod alioquin fieret illicitum, & sic pugnant iuste inuasi Machabæi, 1. Machab. 1. cap. quod non est licitum, de reg. iur. cap. si nulla, 2. 3. 9. 8. Sic licet hæc in tempore festorum, dum occurrunt, piscari, can. licet de feriis. & urgente & leuante tempestate, maturos fructus alioquin consumendos, colligere: licet & experiri actionibus, quæ alioquin perituræ sunt, ad contestationem vsque, l. 1. §. fin. C. l. 3. de feriis. petere missiones in possessionem ventris nomine, rei seruandæ causâ, legatorum, fideicommissorum, petere alimentaria: hæc enim ad necessitatis causam pertinent, l. 2. eo. singulari iure & receptum, ob publicam fidem & necessitatem, vt in eum qui quid nudinarum nomine acceperit aduersus communem utilitatem, omni tempore ius dicatur, l. 3. de feriis, in P. §. fi. & in latrones, & quietem publicam turbantes, l. 1. prouinciarum, C. de feriis, l. 3. C. de episc. audien. Eo forsan pertinent, si bene examinentur, quæ licere dixit Virgilius in Georg. facere per ferias agricolis.

*Sunt etenim quæ festis exercere diebus
Fas & iura inuincunt, ritus deducere nulla
Religio vetuit, segeti pratendere sepe,
Infans auiibus moliri: incendere vepes,
Balantumq. gregem fluuio mersare salubri.*

24 Secundum etiam Columellam lib. 2. de re rust. c. fin. feriis, ritus maiorum etiam permittit rusticis hæc. *far pinsere, fuscis incidere, candela sebare, vineam conductam colere, piscinas, lacus, fossas veteres tergere, & purgare, prata scilicet, stercore aquare, fœnum in tabulata componere, fructus oliueti conductos cogere, mala, pyra, ficus pandere, caseum facere, arbores ferendi causâ collo vel mulo elliptario adferre, sed iuncto aduehere non permittitur, nec apporata ferre, neque terram aperire, neq. arbores collucare, sed nec sementem quidem administrare, nisi prius catulo feceris: nec fœnum scare, aut vincire, aut vehere. At nec vindemiam quidem cogi per religiones pontificum feriis licet, nec oves tondere, nisi catulo feceris: defrutum quinq. facere, ac defrutare vinum, licet: vinas, siemque oliuas conducti legere licet. Pellibus oves vestiri non licet, in horto quicquid oliuæ causâ factas, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum sepelire non licet. Marcus Portius Cato, multis, equis, asinis, nullas ferias esse dixit. Idemq. boues permittit cõiungere lignorum & frumentorũ aduehendorum causâ.*

24 ¶ Nos ¶ apud pontifices legimus, feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, ceteris licere. Denicales, inquit Festus, ferie coluntur, quando hominis mortui causâ familia purgabatur: erantque ferie priuata, vt feralia & parentalia publica. Feralia porro officia, quæ in feriis defunctisq. exhibentur, videt Ouid. 1. Fast.

25 ¶ Hæc ¶ tamen omnia, quæ ex Columella recitauimus, hæc die non licent in sacris feriis, nec in intercessis diebus, nisi sacris peractis, & necessitate urgente, atque dispensatione quadam: neq. vit ille in veteri testamento, qui labtatio ad ligna colligenda exercit, immunita a morte fuit, Num. 15. Nec potest h. mo villam commutationem dare pro anima sua, Matth. cap. 16. cui intentus maxime his diebus esse debet: nec prodest vniuersam mundum lucrari, & animæ suæ detrimentum pati, Matth. 16. D. Luca cap. 9. Anima plus, quam esca, & corpus. Matth. cap. 6. l. sancimus. C. de episc. & cler. Veruntamen & mos regionis hic tequendus est, cap. v. in am, 76. dist. 1. cum propter scandalum, tum etiam, quia lacris peractis, quædam alicubi licet, quæ alibi vetantur. ¶ Imo ¶ & aliquando, prout animaduertunt Episcopi cum clero & populo, ex fastis aliqua festa expunguntur, si nimia sit copia, vt operandi sit facultas. Sic Claudius Celsus 4. consil. multas ferias, multa sacrificia abrogauit: nam maior anni pars his absumebatur, non sine magno Reipub. detrimento, vt scribit Dion Cassius lib. 51. hystor. Romana. Pietatis causâ dispensat etiam obseruatione nefactorum dierum, cap. conquestus, de feriis, can. in summo 15. q. 4. qualia sunt ea etiam, quæ ad tutelæ vel curatelæ causas pertinent, ad orphanos pauperes, l. 2. de feriis in P. ¶ Sunt ¶ & pia opera hoc tempore potissimum obseruanda, quod deputatur diebus festiuis ad honorem Dei, c. nullus, 4. 4. dist. c. ieiunia, de consecr. dist. 3. sacre liturgie audiendæ integræ, c. omnes fideles, & c. missas, de consecr. dist. 1. & sacre conciones, can. sacerdotus, de consecr. dist. 1. Abiciendæ a Christianis festiuitatibus comessationes, ebrietates, vt explicat D. Ambr. som. 4. operum, lib. de Elia c. 17. ¶ Et epist. ad Eustath. de acceptis mun. c. comessationis, 4. 4. dist. & D. Chryostom. 1. homil. in 1. Genes. Abiciendæ choreæ c. irreligiosa, de consecr. dist. 3. laruæ, theatrales iocæ, & reliqua, quæ prohibet concilium Basiliense, tit. de spectacu. in ecclesia non facienda, in pragmat. sanct. in c. cum decoram, de vit. &

hon. cler. cauendumve, ne cum paganis & gentilibus festiuos dies eorum colamus, in Laodicensi concil. can. 39. vide can. non oportet, 1. 8. dist. Sustulit Lucas Constantinopolitanus Patriarcha, quæ aliquando fiebant in sanctorum notariorum (vt puto Euangelistarum) festo in oriente a notariis pueros docentibus, cum Icenicis personis forum obeuntibus, lib. 2. iur. Orientalis in eius sanct. onib. tit. de feriis notar. Prohibitum ¶ fuit in concilio Turonensi, ne secundum errorem antiquum quispiam coleret calendas Ianuarii, concil. Turon. 2. c. 16. Et ex concilio Antisiodorensi sub pontifice sum. Deus dedit, anno domini 613. non licet calendis illis velle aut ceruolo, vt ipse loquitur, facere, vel strenas diabolicas obseruare, sed in ipso die omnia beneficia tribuere quisque iubetur, vt in ceteris aliis diebus, concil. Antisiodor. c. 1. Si quis, inquit Zacharias Papa, calendas Ianuarii ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui fecerit propter nouum annum, aut mensas cum lampadibus & epulis in domibus preparare, aut per vicos aut plateas cantores & choros ducere præsumserit, anathema sit. Can. si quis, 26. q. 7. ¶ Solebant ¶ enim veteres Ethnici strenas calendis Ianuarii dare in augurandi anni causâ, quas & accepit Octauius Cæsar, & recusauit Tyberius, Dion Cassius lib. 57. qui & prohibuit ne commercium strenarum vltra calendas Ianuarias exerceretur, Suet. in Tyberio, c. 34. Caligula autem edixit, strenas in eunte anno se recepturum, stetitque in vestibulo ædium calendis Ianuariis ad captandas stipes, Suet. in Calig. c. 42.

De Vigilis Ecclesiasticis.

C A P. 17.

- 1 Ferie sacre ieiunium & vigilis precedentibus excepta.
- 2 Vigilia festorum quare dicantur, & de vigilis Christianorum.
- 3 Sacra nocturna paganorum.

26 ¶ Via ¶ ferie festiuæ & venerationes sanctorum, eorumque memoria, ad beneficia Dei mente repetenda, & ad gratiam promerendam & impetrandam instituta etiam sunt, expedit visum est eisdem, potissimum maiores, cum aliquibus piis actionibus excipere, & mentes aliqua præcedente præparatione expurgare. Quod & vigilis & ieiuniis, ecclesia ab omni ætate catholica perficit: deo & ferias quoque, ieiuniorum dies dixit, secundam, quartam, & sextam hebdomadæ diem, cap. presbyter, 82. dist. in cap. de illis, 11. quest. fin. can. qui compulsi, 22. questio. 1. cap. ieiunia, de consecr. dist. 1. ¶ Vespere ¶ præcedens diei festiui venerationem, vigilia dicitur: quia olim Christiani ob cultum solemnissimum in orationibus pernoctabant, cap. nosse, 56. dist. 1. Quemadmodum etiam hodie in vigilia natiuitatis Dominicæ. Docet & vigilias obseruatas in templis martyrum recurrentibus annuis eorum solemnitatibus, Basilium Magnus in Psalm. 114. dum inquit, *πάσαι σερα ταλαβόντες τὸν ἱερὸν Ἔρον τὸν μαρτυρῶν σὺνδὸς, ἐκ μέσης νύκτος τὸν ἕκτον τὸν μαρτυρῶν δὴ τὸν ἕκτον ἐξελθόμενοι, διακαρτερῶμεν μετὰ τοῦ σώματος, τὴν νύκτερον ἀφ' ἧν ἀναμύοντες ἡμῖν ἴδ' ὃ καὶ ἵπνον καὶ ἀναπαύσεως τίδ' εἰς τὸς ἡμέτερος πύλῳ, καὶ τίδ' ἔδ' ἐν ἡδραίαν περὶ μωσον ἐτοίμη ἔμυδὸς, id est, iam in deo ex media nocte venientes ad sacrum martyrum templum, Deum ipsum martyrum per hymnos laudantes, sustinuitis vsque ad hanc diem, nostrum aduentum expectantes. Vobis quidem igitur, & somni & quietis, quæ in honorẽ martyrum, & Dei adorationem impendistis, preste est mercos. Atque idem Basil. magnus alibi, epist. 63. clericis ecclesie Nicocæsariæ. hæc formulam vigilandi, & antelucano tempore furgendi & eundi ad ecclesias, & inibi psallendi, communem fuisse & obseruatam tradit Aegyptiis, Lybiis, Thebeis, Palæstinis, Arabibus, Phenicibus, Syriis, & iis qui ad Eufratem habitant. Nec tantum feruente fide in festis martyrum hoc fiebat, sed etiam quotidie in ecclesia primitiua, cuius vestigia adhuc in bene ordinatis monasteriis, & aliis ecclesiis collegiatis manent: & in hoc a pifca puritate & religione defleuitis, quod ante omnes catholici, laici, & clericus antelucanis precibus a desent, hodie vix etiam clerici. Huius & testis est, omni exceptione maior, Plinius Nouocomensis, lib. 10. epist. qui de Christianis scribens ad Traianum, ait: *Afirmabant autem* (scilicet Christiani) *hanc fuisse summam, vel culpa sue, vel erroris, quod essent, soliti stato die ante lucem conuenire, carumque Christo quasi Deo dicere secum inuicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere: sed ne furta, ne larocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendum fuisse, rursumq. coeundis ad capiendum cibum, promissum tamen & innoxium, & c. In Cathaginenfi concil. 4. c. 49. Clericus qui abq. corpore sui in ieiunia qualitate vigilis deest, suspendiis priuatus excommunicatur. In concilio Anti-**

Antiphodorenſi c. 11. ſunt celebratum ſub Papa, qui Deus dedit anno domini 613. non licet in vigilia paſche, ante horam ſecundam noctis, vigiliam expedire: quia in illa nocte non licet bibere, nec in natali domini, nec in reliquis ſolemnitatibus. Et rurſum, non licet compenſas in domibus propriis, nec vigiliis in feſtiuitates ſanctorum facere, nec inter ſentes aut arbores ſacras, vel ad fontes vota exſoluere: ſed quicumq; votum habuerit, in eccleſia vigilet, & matricule ipſum voti aut pauperibus reddat. Et Cyillus Hieroſolymitanus, cathedra. 9. illuminat. nocte ad ſapientiam nihil commodius, hac enim perſepe de Deo cogitamus, leſioni, contemplationi diuinarum ſcripturarum vacamus. *ſallitur oratur.* Et Erant ¶ & apud Ethnicos ſacra quedam nocturna, quæ defendit a ſuſpicionē turpitudinis Dionyſius apud Euripidem in Bacchis, art. 2.

Pentheus, τὰ δὲ ἰερὰ νόμος, ἢ ἔθ' ἠμῶν ἰαλείς;
Dionyſius, νόμος τὰ πόλις: συμβῆναι ἔχει οὐδὲν.
Pentheus, τὸν εἰς νόμους δόλον ἔστι, καὶ αὐθιγόν.
Dionyſius, καὶ ἠμῶν τὸν ἀγῶν ἔχει οὐκ ἴσθαι, id eſt,
Pen. Nocturna an interdiu hæc ſacra (id eſt orgia) peragis?
Diony. Nocturnæ plerumq; habent religionē tenebræ.
Pen. Hoc in mulieres doſoſum, & viſio obnoxium.
Diony. Quin & in die quis in memia turpitudinem.

Cum tempore Neronis eſſet ortum incendium matronæ Romanorum etiam gentiles, ad placidum Deos ſuos, & propitiarum lunonem, læſtternia & peruigilia obſeruare feminæ, quibus mariti erant, vt auctor Cornelius Tacitus, lib. 15. annal.

De Obseruatione Jeuniorum. Cap. 18.

Lib. 3. Decretal. tit. 46.

- 1 Jeunium generaliter quid.
 - 2 Jeunium diuſo, an profanum, & ſacrum, & que illa.
 - 3 De uſu & abuſu ciborum.
 - 4 Jeunium profanum, aliud naturale, aliud morale, & que illa.
 - 5 Jeunium ſacrum, vel corporale, vel ſpirituale.
 Corporale, pœnitentiale, vel eccleſiaſticum, &c.
 - 6 Abſtinentia ſola aliud, quam ieiunium.
 - 7 Sabbato ieiunare aliquando prohibitum, & in dominico.
 - 8 Abſtinentia a carnibus inſtituta rationes.
 9. 12. Dies ieiunij qui assignati, & de quadrageſima.
 - 10 Quibus diebus non ſecunatur.
 11. 13. De modo ieiunandi, & a quibus abſtinendum.
 - 14 De tempore edendi in die ieiunij.
 - 15 Que perſone, & quando ieiunare teneantur. Item de ieiunij, que de præcepto, aut de conſilio ſunt.
 - 16 Que excuſant a ieiunio, quod de præcepto eſt.
- ¶ Olt ¶ vigiliarum & feſtorum tractationem, & cognita inſtitutione eorum: operæ pretium duxi, & de ieiunij tractare. Ieiunium generaliter eſt, abſtinentia a cibo, vel dies, in quo abſtinetur: vnde & per translationem, ieiunij dicuntur ab his, quæ nõ guſtarunt: quibus contrarij ſatiij, qui copiam habent, nec illis indigent. Et proinde in vniuerſam tot poſſent conſitui ſpecies ieiunij, quot abſtinentiæ & priuationis. ¶ Ceterũ ¶ nos diuidemus primum ieiunium, in profanum & ſacrum: profanum, quando alia ratione quis ieiunat, quam vt conſulat animæ. Sic ieiunare dicitur, & qui non comedit, & adhuc qui comedere non poteſt, vel non habet quod comedat, vel qui diæta morbum corpore expellere nititur. Quæ ieiunia per ſe meritoria non ſunt ad ſalutem animæ, nec ad iram Dei placandã. Eſt enim edere & bibere, actus naturalis ad reparationem corporis huius quotidie pereuntis, l. proponebatur de iudi. in P. Et eſca per ſe, vti ad iaphera, bonæ in ſubſtantia qua creatæ ſunt: videt enim Deus omnia que ſecerat, & erãt valde bona. G. meſ. 2. Sed nec eſca per ſe nos cõmendat Deo, i. Cor. imb. 8. Et regnum Dei non eſt eſca & potus: nec quod intrat per os, ſecundum ſe, cõquinat hominem, vel non lotis manibus manducare, Muth. 15. ſed intentio, & quod malum ex corde exit.
- ¶ Et ¶ abuſus rerum & eſcarum, peccarum habent: dicitur autem quis abuſi, quando contra prohibitionem vitur. Prohibito tamen malum vſum, non malam rem facit: veluti at bor vitæ ſcientiæ boni & mali, bona per ſe & optima, at prohibio non comedendi, comedenti mortiferam fecit: quia ibi õntemus, & inobediencia, & tranſgreſſio præcepti, Genef. 2. & 3.
- ¶ Ieiunium ¶ idcirco profanum, & ad naturam & ad virtutem, & ad ſalutem pertinere poteſt: itaque erit ſalubre corpori naturale, & morale ſalutare eſt, quod virtutis & corporis cauſa indicitur: naturale dum quis ſemper nõ guſtat nec edit, nec omnia, nec omni tempore, vel nullo, vt dum D. Petrus dicebat Deo, ſe nun-

quam immundum ediſſe, ideo nec ſerpentes, nec bufones, aliaue reptilia ſibi viſione oblata, manducatorum, *Albaum 10. Et Nerua conſuetudinem Tiberij Cæſaris non ferens, abſtinentia vitam finiuit, Dion Caſſius, lib. 58. Morale eſt, cum quis ratione virtutis, temperantiam ſecutus, ſobrie viuut, neq; comellaionibus ſe ingurgitat: eſtq; morale diſcreta & moderata reſectio, e. non dico. & c. ſt. tibi, de conſec. diſt. 5. D. Aug. lib. 2. q. enang. c. 18. ¶ Ieiunium ¶ ſacrum eſt, vel ſpirituale vel corporale: & corporale, vel pœnitentiãle, vel eccleſiaſticum. Spirituale eſt, a peccatis abſtinere, quod debet ſeruari omnibus diebus, & hoc præſtantius ieiunij, diſſoluere colligationes a peccatis, *Eſaia. 58. Et ad hoc omnia al a ieiunia nos dirigunt, vt abſtineamus ab illicitis. can. ieiunium, de conſec. diſt. 5. Sic Gregorius Nicaeus, orat. 1. de paupe. amandis (eſt ieiunij & abſtinentiæ genus, quod a corpore & materia ſeiunctum eſt: cumq; animã duntaxat reſpiciat, ea re perſicitur, vt a vitis temperemus.) Atq; huius ieiunij gratia etiam illud inductum eſt, vt a vitis abſtineamus. Et ideo ieiunandum docet & corpore & vitis, vt effectũ ieiunium habeat legitimum: nam Iudas ieiunauit & corpore, nõ tamen a vitis. Et Spiritus mali ieiunant ab eſcis, attamen iniquiſimi: ieiunauerunt & Iudæi Chriſtum crucifigentes. Hocq; ieiunij improbat *Eſaiaſ, c. 58. Ieiunium corporale ſacrum, eſt abſtinentia a reb. comestibilibus ob diuinã reuerentiã ad carnis macerationẽ cõpleta. Ieiunamus, inquit Cyril. Hieroſolym. catech. illuminat. 4. a vino & carnib. abſtinentes. nõ quod hæc tanquã abominaciones adermus, ſed quod premium exſpectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituale deinceps & intellectualis menſã fruamur: & nunc ſeminantes in lacrymis, vt in futuro ſeculo in exultatione metamus. Iubebant & Theologi Paganorum, antequam ad ſuos Deos accederent, nyſteria caodæmonum tentarent, animam abſtinentia animalium & ieiunij purgare, Porphy. lib. de abſtinent. animal. Pœnitentiale corporale ieiunium eſt, quod ad humilationem animæ pertinet, & ad placandam iram Dei ob peccata commiſſa. Sic filij Iſraël pugnaturi contra Philiſteos, ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt, tibi peccauimus Domine. i. Reg. c. 7. Ieiunauit David propter infirmitatem filij ſui paruuli, 2. Reg. 12. Et audita prophetæ cominatione ieiunauit Achab rex Samariæ, & dormiuit in ſacco, 3. Reg. 21. Et David ait: humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur, Pſalm. 14. Sic prædicente Iona ſubuerſionem Ninuiæ, Iona, c. 3. Niniuitæ crediderunt Domino, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis a matore vſq; ad minorẽ. Factumq; edictum a rege, vt homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtarent quicquam, nec paſcerentur, nec biberent, operirentur ſaccis, & clamarent ad Dominum in fortitudine, &c. Et ita pœnitentiam agentes obtinuerunt ſententiã dilationem ſeu retractationem, vide cano. vniſquiſq; c. incommutabilis, c. non ſemper, 2. 2. q. 4. De hoc Ioel meminit, dum ait, conuertimini, inquit Dominus, ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, ſicut, & planctum, Ioel c. 2. Et ita qui exomologeſis audunt & iudicant, ſacerdotes conſtitentibus ieiunia iniungant pœnitentiæ cauſa, vt in c. præbyter, 72. diſt. cum ſimilib. Solent dæmones peiores, oratione & ieiunio edomari, vide Baſilium ſer. de ieiunio 1. & 2. & late de vilitate ieiunij diſſerentem. Ieiunium vulnera curat delinquentis, & curatos ſanctificat, c. ſicut tibi, de conſec. diſt. 5. ſatisfacit pro commiſſis c. igitur, 76. diſt. Et a viuentibus factum, poteſt prodeſſe mortuis, can. anima. 12. q. 2. Ieiunium eccleſiaſticum, eſt abſtinentia carniũ & aliorum, quæ indicitur ab eccleſia, certis & ſtatit diebus faciendã, cum vnica tantum cibi ſumctione moderata, c. de uſu, de conſec. diſt. 3. c. denique, 4. diſt. & ſine neceſſitate non violanda, c. ieiunia in eccleſia, de conſec. diſt. 5. Abſtinentia ¶ carniũ genus eſt, quæ & ſine ieiunio eſt, vt in diebus veneris & ſabbati abſtinetur a carnibus, & tamen ieiunium non eſt, nam bis comedere licet & pluries, dummodo abſtineatur a carnibus, excepto die Natali domini, qui ſi incidat in ſextam ſeriam quam vocant diem veneris, vel ſeptimam, quam ſabbatum; habet diſpenſationem carnes comedendi, in c. ſi de obſerua. ieiunior. can. quia dies, de conſec. diſt. 5. c. obſeruanda, 76. diſt. niſi voto a carnibus abſtineat quis. ¶ Ieiunare ¶ ſabbato, aliquando permiſſum non fuit: nam & D. Ignatius ait, quicumq; dominicã aut ſabbatum ie. unauerit, præter vnum ſabbatũ Paſcha, ipſe eſt Chriſti interfeſtor, D. Ignat. ep. 8. ad Phil. quod & prohibitũ in canone apoſtoli 65. Moſchouitæ etiã ſeu Rutheni, in ea adhuc ſunt opinione, ſabbati ieiunare, eſſe obſeruare ſabbatum contra legem Dei, Sigifmundus liber baro, in commentariis de rebus Moſconitici. Veruntamen hæc eccleſiæ rigor maior fuit aliquando, nam in concilio Elbertino Hiſpaniæ celebrato, concil. Elbert. c. 26. circa Sylueſtri Papæ primi tempora, ſtatutum hiſ verbis, er-***



De Primitiis. Cap. 19.

Lib. 3. Decret. Lib. 3. in 6. tit. 13. Lib. 3. Clement. tit. 9.

- 1 *Primitia quid, & de more solvendi antiquo.* *Witiani Rationale*
- 2 *Res, ex quibus decima debentur.*
- 3 *Persona quae recipiant, & quae dent primitias.*
- 4 *De taxatione & modo primitiarum.*
- 5 *Finis & rationes primitiarum.*

Res aliae, quae ad ecclesiastica iura pertinent, primitiae sunt reru. Primitia, est pars ex rebus, quae primitu nata vel collecta, Deo oblata, anteq. v. s. b. no. stris, quae eiusdem speciei sunt, deputatur. Fuit haec olim & nunc inter bonos religio, beneficium largitorumq. rerum oim Deum, munere aliquo primo, vt domum honorare & venerari. Nec tm apud eos, qui Dei veri habuerunt notitiam, sed & apud Ethnicos iure naturae, & diuino primitiae soluta. Et prisci Romani, teste Plinio, li. 18. c. 1. non gustabant vina, aut nouas fruges, priusquam sacerdotes primitias libassent. Porphyrius quoq. notat, lib. 1. de v. s. b. no. stris, de abstinentia animal. primitias frugum ex omni antiquitate Deo fuisse oblatas. Cain obtulit de fructibus terrae munera Deo, & Abel de primogenitis gregis sui, & de adip. eoru. Gen. 4. Loqueret filius Israel, inquit Dominus ad Moysen, Exo. 25. vt tollat tibi primitias, ab omni homine, qui offert vltroque, accipietis eas. Et iteru, Exo. 13. Sanctifica tibi omne primogenitu, quod aperit vulua in filis hominu, tam de hominib. quam iumentis, mea sunt. n. omnia. Alibi etia, honora Dominu de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus. Pro. 3. Atq. in Deuter. c. 16. iubetur, vt deferantur sacerdotibus, & Levitis primitiae, in conspectu domini. Sicut & in lib. Numeroru, c. 5. omnes primitiae, quas deferunt filii Israel, ad sacerdotem pertinent, & quicquid in sanctuarium offerret a singulis, & vadit in manib. sacerdotis, ipsius erit. Et rursum, Exo. 23. primitias frugum terra deferes in domu domini. ¶ Considerabis ¶ itaq. hic res, personas, & modum primitiarum. Res, ex quibus offerri debebat primitiae, ponuntur Exod. 25. c. Ac praecipuae res sunt, fruges ois terrae, ex quib. primitia, vt dictu est, debentur & exiguntur, vt decima, c. reuerimini, 16. q. 1. Malach. 3. Primogenita oia porro animaliu hodie iure hoc primitiaru non praestantur. Et qui dabant, inquit D. Hierony. primitias animaliu, dabant vniu ex ducentis. D. Hier. in Exob. gl. 1. in c. 1. §. his itaq. 13. q. 1. Et si tot capita non haberent, secundu pportionem eius numeri solvenda erant primitiae, in gl. c. 1. in verbo, in primitiis, de decimis ap. Greg. ¶ Persona ¶ porro, & quae dare debent primitias, & quae recipiunt, consideranda sunt: quae dare debent, sunt oes quae res possident. Sic. ait dominus, ab omni homine qui offert vltroque, accipietis eas, Exod. 25. Suntq. de praeepto primitiae, & eas retinentes excommunicantur, c. praeter hoc, §. 1. 32. dist. Exo. 22. Leui. 27. Deut. c. 13. 12. Paral. 12. Num. 18. in duob. casibus, si consuetudo sit solvendi, & si ministerii eius ecclesiae, cui debetur, indigent, & eas petunt: alias sunt de consilio, Ang. Claus. in summa in verb. primitia. n. 1. Sic. n. perpendo text. Exod. 1. ab omni homine, qui offert vltroque, accipietis eas, Exo. 25. Spontanea namq. est ibi oblatio. Et si consuetudo sit, a temporis initio, cuius non exiter memoria non solvendi, peti non possunt. Hier. Boubic. in c. 1. de deci. in si. Personae quib. debentur, sunt sacerdotes, Num. 5. can. 1. vers. oportet 16. q. 7. Et illi scilicet. cuius ecclesiae sint, qui offerunt, prepositi dantibus, qui pro eis, & pro reb. eoru preces offerunt domino, ca. 1. §. his itaq. 13. q. 1. ca. moderamine, ca. doctos. 16. q. 1. suat illi sacerdotes, parochi. Potissimu si alius praelatus, puta prior decimas & primitias iure aliquo non accipit, sed tm parte proventu nomine quotae a vicario perpetuo: na si portio beneficii tm assignat vicario, ius primitiaru & decimarum est prioris, in quest. Tholo. 109. Aufrerius. Habent ecclesiasticae personae iure diuino, primitias & decimas loco praedictoru, quae eo iure no habent, Deut. 10. sed humano, secundu gl. in l. si. §. patrimonioru sunt aut in verb. pontifex, de munib. Honor. ¶ Quare ¶ primitiae & decimae in solis ecclesiaru bonis numerantur praecipuae, c. causa, c. 13. de ver. sig. Apud Ethnicos primitiae olim ad statuas Mercurii in viis collocabantur, quas viatores ederent, vt ait Suidas in verbo §. quatuor. Modus & taxatio primitiarum in iure canonico non definitur, & proinde vel ad consuetudinem, vel ad arbitrium praestantium recurrendum est, D. Thomas, in secunda secunda, qu. 9. 86. art. 4. Innoc. in c. 1. de decimis. Quamquam enim ab Hebraeorum traditione D. Hieronymus in Ezechielem dicat, eum definitum ad cohibendam sacerdotum auaritiam: olim qui plurimum dabant, quadragesimam rei parte nomine primitiarum dedisse: qui autem minimum, supra quadragesimam vsque ad sexagesimam, in c. 1. §. final. de decim. Paruum

tamen primitiarum fuisse quantitate iura testantur. Idcirco primum loci consuetudo sequenda: deinceps, secundum caput 1. de decimis. Nec plus quadragesima petere potest sacerdos, nec minus sexagesima laicus offerre. Erit & consuetudo quoque locorum vicinorum inspicienda, c. cum olim, de consuetud. ca. catholica, 11. dist. can. illa, & cap. 1. 1. 2. dist. c. ex parte, c. super eo, de censib. vt indicatum refert Boetius, qui & late querit & disputat quor actus sufficientiad hanc consuetudinem, Boer. decis. 236. num. 5. & in fine. In modo etiam primitiarum agrorum, illud obseruatur, vt sacerdos, seu curio statim fructibus maturis non teneatur primitias accipere, sed nouem diebus debeant esse apud matrem, id est, in spica, quae est mater grani, gl. in l. stipulatio ista, §. 8. §. inter certam, in verbo, in certamque, de ver. obl. Sicut in decimis & primitiis agrorum & vitulorum, tempus in solutione expectandum, si velit sacerdos, vt tamdiu sint apud matrem quamdiu periculum est si separarentur, perituros, Oldrad. consil. 236. incipit circa propositam questionem est attendendum, Boer. decis. 136. num. 2. Praestanda itaque erunt secundum eam normam, vel animaduertendum, si quae data curionibus pro primitiis redimendis: Licet enim non secus, quam Deo oblata, primogenita a sacerdotibus redimi poterant, Exod. 13. & decima, Leuit. c. 27. ¶ Primitiarum ¶ autem fit praestatio, vt Deo tanquam domino & auctori & largitori ex oblatione illa honorem debitum protestemur: dehinc vt eius ministris necessaria suppeditentur, vt quae iis, a quibus sacramenta percipimus, nos quoque temporalia sponte rependamus, vt in decimis latius, & ex superioribus proxime probatis liquet.

De Decimis. Cap. 20.

Lib. 3. Decretal. Lib. 3. in Sex. tit. 13. Lib. 3. Clement. tit. 9. Witiani Rationale

- 1 *Decima quid.*
- 2 *Decima, aut profana, aut ecclesiastica: item de decimis profanis tituli iure diuersi.*
- 3 *Decima ecclesiastica quatuor generis. Et de decimis a principibus secularibus a beneficio exactis. De Saladina & aliis ad liberandam terram sanctam indultis, & qui illis restiterunt.*
- 4 *Decima ecclesiastica a Clodoueo nobilibus quibusdam concessa in beneficium seu fundum.*
- 5 *Carolus Pulcer denegauit decimas ecclesiarum Ioanni 23. summi pontif. ob bellum in Ludouicum Barbarum: postea concessit.*
- 6 *Concessit Carolus V. Regi Gall. a Petro Luna.*
- 7 *Imposuit aliquando Bonifacius 8. vniuersis Ecclesiis Italiae.*
- 8 *Dubitatur num ha decima iure exigantur ab Ecclesiis.*
- 9 *Bonifacii constitutio de exigendis decimis, & de eodem concilio Vniuersali.*
- 10 *Quae beneficia immunita sint a solutione decimarum Ecclesiasticarum principibus concessarum.*
- 11 *Quae beneficia contribuunt huic decima.*
- 12 *Exactio harum decimarum inter Ethnicos aliquando.*

Nemo, vt opinor, ignorat, numeri nomen decimum dici, videlicet decimam alicuius rei partem: & proinde vim in nomine non faciam. ¶ Sed ¶ distinguam decimam, quae penditur superioribus, in profanam, & ecclesiasticam. Decima profana, fuit species quaedam tributii aliquando a quibusdam dominis rerum impositu, veluti Pysistratus Tyrannus agrorum decimas ab Atheniensibus exegit. Quod innuit Suidas, in verb. οσφάλοισ, & c. dum scribit de origine prouerbii illius, οσφάλοισ ποσειδων δ' αλλαν. Etiam Sphacelli dant immunitate. Tradit enim inde emanasse, quod ferant Pysistratum, qui decimam agrorum ab Atheniensibus exigebat, transeuntem aliquando senem rupes & saxosa loca excolentem interrogasse, quos inde fructus caperet, illum autem dolores & fatigationes respondisse: tuncque eius liberata admiraturn, decimae immunitatem ei concessisse, atque ex eo Athenienses hoc prouerbium vltropasse. Samuel iura regis populo Israeli regem petenti praedicens, inter cetera hoc adiecit, 1. Reg. cap. 8. sed & seruet vestras, & vinearum redditus ad decimabit, vt det Eunuchis & famulis suis. Narrat Plutarchus Hermaficos ad decimare solitos Romanos, donec Hercules ab eo tributo eos liberauit, Plutarchus problem. 17. Cypellus Corinthius, quum Ioui vouisset, si dominus foret ciuitatis, se omnia quaecunque essent Corinthiis dicaturum, eos quaecunque haberent insit describere. Deinde a singulis, vbi ad hunc modum descripta habuit, decimam partem accepit. Reliquis autem partibus eos ad lucrum exerceri iussit: tum anno vertente eandem rationem seruauit. Ita decem annorum spatio contigit, vt & ille haberet omnia, quaecunque sacrasset, & alla Corinthii, quae adepti

De Decimis parochis debitis, & earum institutione. Cap. 22.

qui statuit solui decimas a sacerdotibus possidentibus pro rata pretii, quod a venditione vel locatione fructuum acceperunt, in ca. 1. §. declaramus autem, de decim. in extrava. communib. subductis etiam sumtibus, qui in colligendis & excolendis fructibus impenduntur, in hac singulariter decima, dicit Clement. 1. §. in siluendo. Cui tamen sancti harypa quotidianæ obstitunt. Quo tempore cessare potius debeat tunc privilegium, quod onerosum & durum nimis sit, cap. suggestum, de decimis, cap. quid per nouale, de verborum significat. Et quando alteri subueniri non potest sine alterius latione, iustus est alterum non iuuare, quam alium lædere, cap. denique, 1. q. 1. §. caso, primum. 2. 2. q. 1. 2. Nam hoc natura introductum, ne quis cum alterius iniuria locupletetur, l. nam hoc natura de condic. in deb. l. iura natura. de regul. iur. in P. Quocirca & Clemens V. Pontifex maximus, in concilio Vienne si modum exigendi has decimas statuit, vt secundum taxationem communem & consuetam beneficiorum in locis vbi sunt, exigantur in pecunia seu moneta vsitata in eo loco, non in fructibus, Clement. 1. §. est autem, de decim. in Extrava. communib. neve exactores decimarum, pignoris, vel distractionis gratia capiant libros, calices, & alia ornamenta ecclesiis deputata; Clem. 2. de decim. in Clem. Notat interpres gloss. fin. in d. Clem. 2. de decimis, & in declarationibus concilii contineri, ne qui non soluant decimas, per secularium cogantur potestatem: nisi non soluentis tanta esset rebellio vt opus fuerit illius auxilium implorare, ob ecclesiasticæ censuræ contentum.

10. §. Declarauit & Bonifacius octauus, quæ beneficia immunita sunt a decimis istis, propria constitutione, in cap. 1. de decim. in Extrava. com. lib. 3. Arque eximit ab illis, fructus leprosiarum & hospitalium, quibus pascuntur infirmi & pauperes: Monialium & aliorum regularium fructus, vitæ illorum deputatos. Seculares & clericos, quorum anni fructus non excedunt summam septē florenorum: Item xenia prelati & aliis personis ecclesiasticis facta. Excipit quoque a decima hæc eos qui pensiones accipiunt a beneficiis pro iusta mercede, seu pro remuneratione obsequii præstiti vel præstandi, atque pro illis eadem præstare debere tradit, qui pensiones dant, d. extrava. 1. §. de p'scrib. & agnorum, de decim. ver. si autem personis. Item & ea immunita sunt, quæ pro visitatione seu procuracione in vicualibus præstantur prelati, pro quibus & soluit qui dat, non qui accipit. Item cautum, ne soluantur de oblationibus & elemosynis quæ sunt in opus fabricæ ecclesiasticæ, de extrava. 1. §. de elemosyn. nec de redditibus confratriarum, d. Clement. 1. §. similit. nec de similibus, vide gloss. in cap. 2. in verb. si beneficiorum, de decim. ap. Cle. Rex quoq; nolter sancit 23. Aprilis 1548. Senatores magni concilii clericos, eximi ratione beneficiorum a contributione harum decimarum, nisi abbas vel episcopus possiderent.

11. §. Solui tamen ab aliis debent, etiam de fructibus, ex quibus sunt quotidianæ distributiones, ex Clem. 1. §. & quis non occurrat.

12. de decimis in extrava. communib. Porro, si inuenio vsum harum decimarum aliquando inter regum gentiliū fraudes & technas: veluti cum Chabrias Arheniensis Iaconi Aegyptiorum regi bellum gerenti, & pecuniis indigenti consuluit, vt aliquis diceret sacerdotibus oportere tum ex sacris nonnulla, tum etiam sacerdotum multitudinem sacris iniuriarum, submoueri propter impensam: quod audientes sacerdotes, cum vellent omnes penes se quisque sacrum manere, pecunias tam communes quam priuatas adferabant: Verum is, vbi ab omnibus accepit, tum iussit illis imperati decimam duntaxat partem eius, quæ ante hæc soliti essent, tam in seipsum, quam in sacrum impendere: reliquas vero nouem partes, sibi ipsis foenerarentur, donec quod aduersus regem Persarum gerebatur bellum finem acciperet, Arist. lib. 2. Oeconom.

De Annatis. Cap. 21.

1. Decima quædam date a ministris ecclesie summis sacerdotibus ex decimis Ecclesiasticis.

1. Alia tamen sunt decimæ, quæ a ministrorum seu Leuitarum portionibus, seu ex eorum decimis dabantur sacerdotibus, D. Hieron. super Ez. eob. in c. 1. de decim. seu summo sacerdoti. Sic enim scriptum est præceptum Dei, filiis Leui dedi omnes decimas s'p' actis, Nym. c. 1. 8. in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo sacerdotis. Et paulo post, præcipe Leuitis atq; denuntia, cum acceperitis a filiis s'p' ael decimas, quas dedi vobis, & primitias eorum, afferte domino, id est, decimam partem decimæ, vt reputeur vobis in oblationem primitiuarum, tam de arvis, quàm de vrbicularibus: & de vini, & quorū accipitis primitias afferte domino, & date ea Aaroni sacerdoti.

- 1. Decima quid.
- 2. De institutione decime huius.
- 3. Præstatione decime, bona & opes crescere, & non præstationis, mala.
- 4. Quis, & quomodo inter Christianos decimas distribuerit sacerdotibus.
- 5. Decimas etiam suorum deorum sacerdotibus soluisse gentiles exemplis docetur.
- 6. Vnicuique damnata sententia de decimis adimentis prelati ob illorum vitia.
- 7. De decimis soluentis lege Francica.

Decimæ tamen, quæ a Christianis præbentur, communi iure, sunt omnium bonorum legitima quæstorum quota pars, Deo diuina constitutione debita, secundum Cardinalem, Cardinalis, consil. 26. Quæ finitio sequentibus abunde explicatur. Primum etenim institutio decimarum, quæ præbentur vitis cultui diuino Deique ministerio assidue, noua non est: sed ab omni tempore. §. Sub t lege nature namque soluta: a piis vitis sunt: vt Abraham sacerdoti Dei altissimi Melchisede cho, ex manibus omnibus hostium deuictorum dedisse fertur, Genes. 14. ad Hebr. 7. Dixitque Iacob ad Deum, cunctorum que dederis mihi, decimas offeram tibi, Gen. 28. In lege Moysi, primitias & decimas tuas, inquit Deus, non rardabis offerre, Exod. 22. Et rursum, omnes decime terre, sive de pomis arborum, sive de frugibus, domini sunt, & illi sanctificatur, Leuit. 27. Omnium decimarum bouis, & ouis, & capra, quæ sub pastoris virga transiunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur domino: Non eligitur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur: si quis mutauerit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est sanctificabitur domino. Hanc portionem sibi Deus retinuit ex rebus, non quod illis egeat, quia omnis illius sunt, & nullus indigus est, & ipse hac ratione ait, Psal. 49. Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregebus tuis hircos: quoniam meæ sunt omnes fera sylvæ, & iumenta, in montibus & boues, cognoui omnia volatilia cæli, & pulcritudo agri mecum est, &c. Verum in signum dominici iuperioris voluit sibi solui, non ad præmium, sed ad honorem, e. decima. 16. q. 1. c. 1. in 2. de decim. quo lætatur Deus veluti auctor & largitor bonorum fideli obsequio declaratus. §. Accedit tamen ideo pie decimas largientibus bonorum incrementum, Malach. 3. vt contra, subrahentibus, veluti ingratas & perfidas dispensatoribus, qui talem eum profiteri nolint, & quæ habent admittit, & quod non datur Christo, capit sicut, c. maiores. 16. q. 7. d. c. decima. 16. q. 1. Et Rabi Hebræorum dicunt, in Pirke abot seu in capitulis patrum, c. 3. מַגְּנֵת סֵרוּתוֹ מִלְּעֵשֶׂר, magne serot seing ligno seret, id est, decimas esse septem diuitiis, ne vide licet defluant. Et rursum, tradit septem genera pecnarum venire in mundū, propter septem potissimas præuaricationes: cum scilicet quidam decimas pendunt, quidam non pendunt. Et tum ingratis famas ob prohibitam pluuiam: cum vero alii esuriunt, alii satuti sunt, efficientes vt non redantur decimæ, tum certe famas, quæ ex tumultu seu seditione, & quæ ex prohibita pluua venit, &c. in Pirke abot. c. 5. Persuasum & Ethnicis ex decimis oblati Deo, quem tamen verum non colebant, augeri opes. Sicut narrant Herculem priscum in Euandriæ ara decimas soluisse, & in foro boario, illi aræ proximo, etiã ex voto posteritatem fecisse decimam, atq; receptã opinionem, vt qui veller diues fieri, solueret decimas Herculi. Et hinc M. Luculli factas opes, Phitarcb. in proble. 17. Pomp. Latius, si de sacerdotiis, dum agit de Pinariis & Potitiis, Macrobius lib. 3. Saturn. c. 12. quoq; re- sitimonia M. Terentii Varronis in ea satyra, quæ inscribitur æd' m' c' v' n' s, maiores ait solitos decimam Herculi vouere, nec decem dies intermittere, quin pellicerent populum ad æd' m' c' v' n' s, & cū corona laurea dimitterent cubitum, Et Sylla ex vniuersis fortunis decimam Herculi sacrificauit, Phitarcb. in sine vita Sylla. Vocat Plautus in Trinumo hanc decimam, partem Herculanæam. Mihi detraxi, inquit, partem Herculanæam. Et ipse quoque meminit ex voto & Herculi decimam dari in s'icho.

13. de decimam partem ex voto Herculi Polluceam. Ex quibus mihi etiam constare videatur, decimam partem, non quidem ex lege gentiliū a quibuscunq; aliquando & sibi debitam: sed ex voto, quod inducebat obligationem, vt ait Vlpianus, in l. 2. §. si de pollicit. lib. 50. P. rit. 12. Sicut & ante legem scripta, a Mote traditam, nulla alia videbatur decimarum exactio potestata, quam ex voto, vt liquet ex cap. 14. & 28. Geneseos, sacerdotibus

tamen datas, & apud gentiles aliquos, ex more & quadam lege. poterit nihilominus sustineri & constare ex Plinio, vt mox dicemus. Has decimas Deus iure proprio dedit Leuitis, & illis qui suo culcui potissimum deseruirent, *Numer. c. 18. c. causa Carpenfis, de verb. sign.* Et proinde illis solis non laicis, debita, *cap. prohibemus. Et c. quamuis, de decim. can. 1. 16. q. 1.*

4 ¶ Translato ¶ sacerdotio in fidem Christianam, quando licuit per pacatas persecutionum tyrannorum aucto numero creditum, Romæ Euaristus Pontifex maximus, primum, *Platina in Euaristo. Meminit Et Cyprian. lib. 1. epist. 9.* constituit curiones, & per loca distribuit, qui præberent sibi commissis sacramenta, & eos ab illis nutriri statuit, vnde patochi dicti sunt a mutua præbitione alimentorum & sacramentorum, *ἀπό τῶν παροχῶν*, a præbendo. Deinceps Dionys. 266. idem facere per vniuersum orbem tentauit, distribuitque loca, assignatis personis ecclesiasticis pro reditibus, decimis prædiorum, quæ intra limites locorum distinctorum cõtinebantur, *c. 1. Et c. ecclesiis, 13. q. 1. c. 1. 9. c. dist. c. episcopi. 80. dist. c. pastoralis, de his que sunt a prela. sine consen. capi. Polydor. Vrg. lib. 4. c. 9. de inuentor. rer.*

5 ¶ Gentiles ¶ quoque in more positum habebant, suis sacerdotibus decimas, vt Dei ministris, offerre. Sicq; scribit Plinius, *lib. 12. c. 14.* ex thure quod ex Arabia Sabotham deferretur, decimas cui-dam apud illos fictrio Deo, quem vocabant Sabin, non pondere sed mensura sacerdotibus capere solitos. Et iterum, *Plin. lib. 12. c. 19.* ex Cynamono apud Ægyptios, eis diuidi decimas tradit. Memorat Herodotus, *lib. 1.* Cyrum ad portas ciuitatis Lydorum quam discipiebant milites, ex suis satellitibus custodes posuisse, qui vetarent exportari opes, vt earum decimæ Ioui necessario redderentur. Proinde nec iusta possidentium bona, querela est, qui dum sibi iudicium gehennæ præparant, decimas retinent, vel non patiuntur dari curionibus aut aliis ecclesiasticis personis, quod illæ non probe, vt illis videretur, viuât, quod ve prauis vrbibus profundant, & auare petant, quodque aliquando diuites sint. Nam Deo non curionibus proprie debentur, etsi mali ii sint, & Dei nomine, *c. quid dicam, 14. q. 4. c. forte, 14. q. 5.* ad præbentium potius, quam recipientium vtilitatem soluuntur. Quod si curiones abutantur iudicium illis erit, *c. clericos. Et seq. 1. q. 2. cap. illi, can. fin. 12. q. 1.* at si non dentur, condemnatio diuina imminet. ¶ Et ¶ merito condemnata sententia erronea & hæretica cum aliis Wielefui in concilio Cõstantiensis, qua tuebatur decimas puras esse elemosynas, & propter peccata prælatorum, *lib. 4. legum Francicarum c. 17.* post illis adimi. In ¶ lege Francica statutum, vt nouas & decimas non solum plebei, sed etiam vassi, principes, & comites soluunt ecclesiis: Et si contumaces sunt, in super & bannum regis soluant: Et si sapius iterando negent, beneficium amittant. Et rursum, *d. lib. 4. legum Franc. cap. 39.* vt plebani a presbyteris ecclesiarum ter monentur de soluendis decimis, quod si contempserint, ab ingressu ecclesie prohibeantur: Et si hoc non emendauerint, a ministris reipublice districti singuli per caput, sex solidos componant, & in super decimam dare cogantur. Et si iterum contempserint, tunc per publicam auctoritatem domus vel case eorum hinc sentur (puto interdicator) quosq; pro ipsa decima sicut supra dictum est, satisfaciunt. Quod si domo rebelles vel contradictores esse voluerint, & supra ipsam hinc sentur propria auctoritate intrare præsumserint, tunc a ministris reipub. in custodiam mittantur, vsque dum componant, &c.

6 De quibus Decimæ ecclesiasticæ debita a parochis, & de distinctione earum. Cap. 23.

1 Decimarum diuisio in prædiales, personales, & mixtas, & que personales.

2 Prædiales que, & ex quibus debentur.

3 Mixta que, & ex quibus.

4 Generaliter de quibus pendenda decima.

1 G eneris ¶ decimarum ecclesiasticarum quæ præstantur personis, ecclesie ministris, & cultui diuino infernentibus, tres sunt species generales, nempe personales, prædiales, & mixte. Personales sunt, quæ soluuntur ex fructibus seu ex rebus, vel lucro industria personæ quæ sitis: veluti de aduentibus ex officio, artificio, negotiatione, scientia, & similibus, quæ præbentur seu soluuntur ei ecclesie, in qua quis ecclesiastica percipit sacramenta, licet aliunde lucrum contigerit, *c. ad apostolica, c. 20. §. noueris. cap. pastoralis, c. 28. de decim. lib. 3. Decretal. tit. 29.* Offeretis, inquit Dominus, primitias & decimas manuum vestrarum, *Deuter. c. 12. Et de omnibus quas sitis, c. ex transmissa, de decim.* ¶ Prædiales sunt, quæ ex fructibus debentur, vt vini, frumenti, & aliorum frugum decimæ,

c. 1. c. ad apostolica, c. peruenit, de decim. ¶ Mixta ¶ quæ debentur habitacione eorum, quæ ex prædiis partim proueniunt, partim ex industria personarum: quales decimæ debita ex animalibus in eo loco vbi viuunt, ex quo alimenta percipiunt, & a personis custo diuntur, vel pascuntur, *dist. capit. ad apostolica, Et cap. pastoralis, c. commissum, de decim.* In summa decimæ Deo pendenda sunt, vel eius ministris sacerdotibus, *c. reuertimini, Et cap. quicumque, 16. q. 1. cap. quadragesima, de consecr. dist. in 1. 5. cap. non est in potestate, de decimis.* omnium rerum quas licite quis potest acquirere, *c. ex transmissa, c. 23. de decimis.* De prouentu ex molendino etiã vento molente, *d. c. ex transmissa, Et c. 5. eod.* & alterius generis, de piscatione, sceno, lana, *c. peruenit ad nos, eod.* de omni fructu, & de apibus, *c. nuntios, c. 6. eod. tit. c. ex parte, 21. eod.* de venatione, de militia, *decimas, 16. q. 1. Et can. quicunq; 16. q. 7.* De nouis viuariis autẽ, num debentur hodie decimæ, Papius placita senatus contraria notat, *lib. 1. Rapod. aresto. tit. 1. 2. aresto. 5.* ob constitutionem Philippi Augusti regis Galliarum, quæ prohibet omnem insolitam decimarum in Gallia exactiõnem. Porro ex turpi & impio questu decimas personales ecclesia respuere debet, vt ex arte meretricia, *Deuter. c. 23. ibi, Non offeres mercedem, Et c. oblationes, 90. dist. & ab vlturis, ne videatur auctor mali Deus, cui decima offerenda est, quem eius quod acquirimus auctorem profitemur: & cui dicimus: quæ de manu tua suscepimus, hæc reddimus tibi: omne enim bonum optimum descendens a patre luminum, Jacob. 1.* Item ne delinquendi occasio detur offerentibus, aut approbare delictum videatur, *cano. miror. 17. q. 4. ante c. stantium. 16. q. 2. c. oblationes, 90. dist.* Si tamen decimæ sint prædiales, recte a peccatoribus & ab inuoluntariis accipiuntur: quia agri benedictionem potius, quam personæ referunt, & veluti censum exhibent, *c. de terris, de decim.* Statuit & Synodus Tridentina, in vltima sessione, de reformat. general. c. 12. decimas in posterum sub excommunicationis pœna integre perfoluendas. Exprobat autem auaritiam Phariseorum Deus, sed non decimationem singulorum, dum ait, *D. Matthæi, c. 23. vobis Scriba & Pharisei hypocritæ, qui decimatis mentam, anethum, & cyminum, & reliquisis que grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, & fidem: oportuit hæc facere, & illa non omittere.*

De Personis, a quibus soluenda decimæ.

Cap. 24.

- 1 Personæ omnes sine exceptione debent decimas soluere.
- 2 Quomodo cogantur decimas soluere denegantes.
- 3 Colligendi fructus non sunt, nisi prius monentur Curio, vt interfit.
- 4 Vel mittat ad decimas colligendas.
- 5 Compensatio non obicitur a debente decimas futurus.
- 6 Ex quibus soluunt decimas abbates & monachi, & Iudæi, leprosi, Ecclesie.
- 7 Non soluunt decimas ex privilegio Cisterciensis monachi, Templaris, & alii quidam.
- 8 Privilegium non soluendi decimas a quo concedatur.
- 9 Privilegium non soluendi amittitur, solutione vna.
- 10 Privilegiati non soluendi decimas, alia contribunt ecclesiis, & quando.

Q uia ¶ ex institutione Dei diximus esse decimas, *c. reuertimini. c. decima, 16. q. 1. c. omnes, decima, 16. q. 6.* & ab omnibus esse soluendas, non difficile est statuere, vt tanquam debitum exigi possint, *c. parochianos, c. 5. de decim. c. tua nobis, c. grauem, eod. c. decima, Et c. statuiimus, 16. q. 1. can. qui oblationes, 12. q. 2.* vel rei vindicatione per ecclesiam, tanquam earum dominam, *c. moderamine, Et ibi gl. in verbo, vindicant. 16. q. 1.* vel conditione ex canone, vnde oritur actio personalis aduersus debentem soluere, vt ait Panorm. in *c. tua. in 2. col. pen. de decim.* A laicis itaque danda sine fraude, & ab episcopis, & ministris ecclesie discrete distribuenda, *c. præter hoc, 23. dist. c. nullus, 16. q. 7.* Neq; propter sacerdotes malos, vt plerique fallò persuadent, decimæ neganda, cum earum institutio præcipua & prima fuerit, non propter personas sacerdotum tantum, sed ob Dei præcipue honorem, & præbentium vtilitatem, vt supra diximus: & ita ecclesie potissimum nec ministrorum personis, sed officio eorum debita, *can. si episcopus, 16. q. 6.* ¶ Sunt quippe ¶ decimæ vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonialia pauperum, *can. quia, 16. q. 1.* tributa egentium animarum, *ca. decima, ead. 16. q. 1.* & filius Belial, qui hoc prætextu excutere iugum diuinæ subiectionis nititur, atque sacrilegus æternæ damnationis in se sententiam prouocans, *cap. 1. 16. q. 7.* Et maledictio, *Malachia, 3.* *Quid. Papa. decif. 166.* Quare post admonitionem soluendi est ex-

est excommunicandus, c. omnes de decima. 16. q. 7. c. peruenit. 5. de decim. Et si clericus aut religiosus post duos menses non soluat, vel solui prohibeat, vel usurper, ab omni administratione quam habet, officii, & beneficii suspendendus, ex concilio Viennensi, Clement. 1. de decim. in Clement. Mandaturque iis qui verbum Dei prædicant, hortari populum non diffusare solutionem decimarum, c. 1. de decimis. in 6. Quod si quis adeo sit contumax, ut sententiam excommunicationis contumaciter, retineatque nihilominus decimas: potest aduersus eum iudicis secularis potestas implorari, & ita soluere cogitur, cap. postulasti. cap. 21. de homicid. apud Gregor. libr. 5. titul. 12.

3. ¶ Tradit Speculator, in tit. de decim. circa fin. Et ibi interpret Scholasticus eum, cui debetur decima, posse interdicare domino fundi, ne fructus colligat vel exportet, nisi aut se vel suo procuratore seu nuntio præsentet, si se timeat decima defraudandum iri. Et ita iudicatum in senatu Tholosano testatur Auferius, in additio. ad decis. cap. Tholos. 119. Existant hac de re duæ regie constitutiones edictales Francisci primi: prior, anni millesimi quingentesimi quadagesimi quinti. Prima Martii statuit, ne fructus ex prædiis transferantur vel colligantur a dominis prædiorum, in quibus exerceantur, priusquam decimæ & primitiæ soluat fuerint, secundum antiquam consuetudinem. Atque eo tempore certiores fieri debent Episcopi, curiones, vel eorum procurator: aut redemptores, alioquin ius decimarum habentes, videlicet ante translationem fructuum, constituta pœna aduersus contumaces confiscationis fructuum, deductis primitiis & decimis: rato tamen manente pacto, & sine præiudicio legitime conventionis vel transactionis inter solventes & recipientes factæ, si qua sit. Altera constitutio edicta fuit 9. Ianii, 1547. qua prædiorum dominis inhiheretur metere ea, quæ decimis obnoxia sunt, priusquam in suggestu ecclesiæ populo inibi conueniente prædicta dies metendi faciat: ut qui ius decimarum haberet, inde certior fieret, & adesset, aut aliu iuo nomine mitteret, indicta pœna aliter facientibus damni, & eius quod interesset, secundum quam & iudicatum, Pap. lib. 7. rapsod. arefco. titul. 12. arefco. 6. Sic iure civili Roma. quando quarta pars bonorum curialium decedentium sine filiis, curialibus. erat danda, divisio fiebat sub aspectu curialium, l. 2. quando & quib. quart. pars debeat. lib. 10. C. Et certe qui partem habet fructuum aut decimas, condominus videtur esse, & partiarus: itaque vocandus, quum omnia præsentibus illis quorum interest fieri debeant, l. de unoquoque de re iudica. in P. Et in re communi, potior est causa prohibentis, l. Sabinus, commun. diuid. in P.

4. ¶ Statuit concilium Lateranense, laicos decimas retinentes, nec clericis reddentes priuandis ecclesiastica sepultura, cap. prohibemus. cap. 19. de decim. Nec in dubium venit puniri debere hos penis iisdem, quibus plebuntur qui tributa interuertunt & denegant, quæ plures sunt, cap. si tributum. 11. quæst. 1. Sunt quippe & decimæ, tributa egenorum, cap. decima. 1. 6. quæst. 1. cap. 1. in 2. de decim. Deo præstita.

5. ¶ Et t proinde quemadmodum quis tributa non potest eludere oblecta compensatione debiti, l. 2. C. de compensatio. sic in futuris soluendis decimis, compensatio non admittitur, gloss. 1. in can. decima. 16. quæst. 1. Ludou. Roman. singul. 25. 4. an sit locus, & 545. an sacerdoti. quamuis in præteritis recipi possit, cap. veniens, in fin. de transact. doctores in cap. 1. in 2. de decimis, argum. l. de alimentis. C. de transact. l. cum in eod. titul. in P. Ergo qui prædia possident, quæ sunt in alterius parochia constituta, decimas soluent prædiales, siue ecclesiasticæ, siue alterius notæ personæ sint, d. c. 1. in 2. de decim. præteritis & futuris, c. veniens. in fin. de transact. quemadmodum nec sine censu, & reliquis fundus comparari potest, rub. sine censu & relig. &c.

6. ¶ Soluuntur t de rebus abbatiæ, c. suggestum. c. 9. de decim. item soluunt monachi, de rebus nuper culos, ex quibus antea decimæ solvebantur, cap. commissum. cap. 4. de decim. cap. fin. §. penult. eod. in 6. Et Iudex quoque de prædiis possessis, vel soluere eas debent, vel prædia dimittere, c. de terris. c. 16. de dec. Et leprosi, exceptis hortis eorum & animalibus, si communiter viuunt, cap. 2. de eccles. adific. Soluunt & ecclesiæ decimas de prædiis illis, quæ in dotem assignantur, nisi ea modica sint, text. cum gloss. in cap. 1. de censib. in cap. nuper. de decim. Et ita decimarum solutio sequitur rem, & eius detentorem, Joan. Constantin. in consuetudine regis Franc. 1. de lib. breuit. decid. in artic. 180. facit. l. penult. Et tit. sine censu, & relig. fund. comp. &c.

7. ¶ Excipiuntur t autem aliqui, quibus priuilegium indulgentium est de non soluendis decimis, quales sunt monachi Cistercienses

ordinis, Templarii, & Hospitalarii, qui non soluunt decimas laborum suorum, nec eorum quæ colunt propriis manibus, vel propriis sumptibus: de quæ sitis, inquam, ante concilium generale, etiam si noualia sint, c. ex parte. cap. 10. de decim. de postea quæ sitis tamen soluunt, cap. penult. de decimis. Alii vero religiosi non soluunt de hortis & nutrimentis animalium, & de neuahibus quæ propriis excolunt manibus, dict. cap. ex parte. Quod si non colant manibus suis, exemptio ad noualia non pertinet, c. ad audientiam, 12. eod. Fratres minoritæ & prædicatorii ordinis, de hortorum fructibus etiam decimas non soluunt, cap. nimis praua. c. 12. de excessi. prelati. At non extenditur priuilegium, si aliis colenda prædia dent, cap. licet, de benignitate. c. 11. eod. Sicuti nec immunes a præstatione decimarum, priuilegio uti possunt, si altera prædia colenda suscipiant, c. dilecti, 8. de decim. Exempti enim debent decimas ratione rerum, nisi res quoque exemptæ sint, cap. 2. §. de excessi. & seq. de decim. in 6. ¶ Conuenit t autem concedi & priuilegium hoc ab alio, quam a principe temporali seu laico, c. 1. in 2. c. 2. §. de decimis, apud Greg. cap. audiam, c. 1. eod. tit. qui id concedere nequit, nempe a Papa solo, de hoc lase Rebus tractat. de decim. q. 5. num. 28. 29. 31. & sequen. Porro alia capita eorum, qui decimas non præstent, vide apud Rebuffum tractatu de decim. quæstione 5. ¶ Quibus t siuulare illud addendum est, eos qui priuilegium habent non soluendi decimas, vel qui legitime præscripserint, si eas soluerint, renuntiasse priuilegio censeri, c. accidentibus, & c. si de terra, de priuileg. etiam semel soluendo, arg. cap. cum accessissent, in fin. de consi. nisi cum protestatione soluissent iuxta sententiam Bartoli, in l. non solum §. morte, de oper. nou. nuntiat. vide hoc tenentem in decim. d. Rebuff. ubi supra, quæst. 13. num. 113. ¶ Obserua tamen & exemptos a solutione decimarum, præbere gratis aliquas portiones ecclesiis parochialibus, ad onera illarum releuanda auctoritate episcopali. Et hac ratione ira coguntur Carthusienses & Cistercienses, qui decimas reseruant, congruam portionem curioni constitutere ad iura episcopalia & alia onera subeunda, cap. 2. §. ubi autem. & §. religiosos, de decim. in 6.

Quibus soluendæ decimæ. Cap. 25.

1. Prædiales decimæ soluendæ curionibus locorum prædiorum, nisi repugnet consuetudo.
2. Decima mixta, & animalium quibus soluuntur.
3. Ex tribus ab animalibus soluuntur decima, ex factis, lacte, & lana, & quibus.
4. Ecclesia contra ecclesiam ius decimandi præscribit, non autem sine Ecclesiarum.
5. Quæ requiruntur in præscriptione decimarum in Ecclesia.
6. Laici præstari ecclesiasticæ decimæ non debent.
7. De decimis concessis laicis ante concilium Lateranense: & quibus sunt qui possideant, in quos transferre possunt.
8. Quando in feudum laicus possit decimas Ecclesiasticas tenere.
9. In quot partes diuiserentur olim decimæ curionibus data.
10. Quare dabatur decimarum portio Episcopis.

Prædiales t decimæ solui debent curionibus, in quorum parochia sunt prædia, quæ fructus ferunt, cap. quoniam a nobis, c. 13. de decim. c. cum contingat, cap. 29. eod. cap. statumimus, c. de decim. c. si quis laicus, 16. quæst. 1. c. 1. cap. ecclesias, 13. quæst. 1. cap. fin. de paroch. c. ax transmissa, de præse. Sicut tributum ei civitati peno de bet, ubi sunt agri, l. forma censuali, §. si vero, de censibus, nisi consuetudo contraria esset, quæ sequenda esset, si præscripta, cap. cum sint homines, cap. 18. de decim. capitul. ad apostolica, cap. in aliquibus, de decretis. Et si in nullius parochia prædia dicatur, episcopalis erit pro uidentia assignate cui uoluerit, vel sibi retinere, dict. c. quoniam a nobis. Quod si in vna ecclesia curio sit præcipuus, quem uocamus priorem, & eius vicarius perpetuus, qui dictus rector: decimæ & noualia curioni præcipuo debentur, congrua tamen portione reseruata vicario perpetuo, vide Papam, libr. 1. rapsod. arefco. titul. 12. arefco. 7. & 11. Personales, baptismalibus ecclesiis debentur iure communij, aut ubi quis percipit sacramenta, ca. de doct. 6. quæst. 1. cap. quæst. eod. c. 13. q. 1. c. fin. de paroch. c. ad apostolic. c. 20. de decim. Disputat hunc casum de baptismali ecclesia, & quando plures sunt, Rebuffus in tract. 11. de decim. q. 6. num. 8. p. 10. 11. 12. 13. & sequen. vide & cap. ad audientiam. 1. de eccles. adifican. ¶ Decima mixta t & animalium debentur ecclesiæ, in cuius parochia animalia morantur, & pascentur, gloss. in cap. 1. §. item quis unquam, 15. quæst. 1. Math. de Assuet. in consuetud. Neapol. rub. de decim. nu. 23. Quod si in vna parochia hyeme, in alia æstate morentur: vel

potissimum cum alia iura episcopalia a decimis præbeantur prælati, & onera ecclesiarum sint præpositorum earundem clericorum que sit unicuique expresse vel tacite renuntiare iuri in fauorem sui introducto, *si quis in conscribendo. C. de pat. & de episc. & cleric. Quare potest & hoc ius donare episcopus ecclesiis si habeat.*
 10 *can. sin. 12. q. 3. Dabantur itaque portiones antiquitus episcopis ex decimis, & mortuariis, & oblationibus. Clem. dudum. de sepult. c. cum super. de sepul. 3. quæ subit singularum ecclesiarum suarum dioceseos, ordines cõferendo, christiana conficiendo, basilicas dedicando, moniales cõserando, prædicando, & id genus alia faciendo, quæ videbis apud Speculatorem, in §. 1. de stat. monachor. & Bertachinum. tracta. de episc. 4. part. num. 40. Quodque tunc essent episcopi pauperes, nec proprii redditus ad sumum sufficerent. Quæ cessante nunc causa, & illorum proventibus auctis, portiones illis præstari solitæ, relicte sunt propriis vîsibus, & reparationi suarum ecclesiarum, cap. p. r. c. quidem canonis. & c. vno. 10. quæst. 3. Nec omnia tempora eandem habuerunt regulam, cum & p. r. c. temporibus nondum diuisa Dionysio decimis, decimæ & oblationes Christianorum solum darentur episcopis, vt eas distribuerent viduis, egenis, & egentibus clericis ex constitutione apostolorum, Clemens lib. 2. consil. Apostol. c. 29. & cap. videmus. 1. 2. quæst. 1. facit c. 2. actuum. & aliquando, vt alibi docemus, iidem episcopi & presbyteri. Ceterum istæ portiones episcopis olim datæ, non decimæ decimarum sed participatio decimarum & oblationum, veluti ea quæ a monasteriis, in quibus parochianus eligit, cap. 1. & cap. his qui. & c. in nostra. c. certis. cap. cum super. de sepul. sepulturam, ecclesiis præbentur parochialibus, non sunt vere decimæ decimæ, sed portiones. Nouum enim est genus decimarum, vt clerici p. r. c. a paribus clericis, decimas exigent ex decimis, c. 2. de decim.*

De ipsa Decimatione, modo, & tempore decimandi. Cap. 26.

- 1 De quota decima, & quomodo vera decima minus potest transacione, & consuetudine.
- 2 Quomodo granum in palea solui debet.
- 3 Quotempore solui debent personales & prædiales, & de deductio- ne, quæ sit ante solutionem decimarum.
- 4 De quantitate soluenda in decimis vtique, prædialibus, & person- alibus, & quod de minutis non solet exigi.

ITE COMMUNI integre decima, vt dictum est, de singulis rebus debetur. Veruntamen interdum minus præstatur, nempe vel vicesima, vel alia pars ex conuentione seu transactione parochianorum, & curionis, vel eius qui exigit: illa enim transactio permittitur, vt & illa, ne de aliquibus rebus præstetur decima, vt de minutis seu aliis, c. 3. & c. veniens. de transact. cap. nuper cod. Panorm. in c. delecti. eod. in fine. Diminutio namq; decimæ veræ, laicis consensu episcopi fieri proculdubio potest, si accedat & temporis interuallum, quod illud firmauerit, Innocent. & Decius, in cap. venerabilis. de confirmat. vtil. vel inutil. at remissio aliquorū decimæ non valet, nisi solo confirmante summo Pontifice, qui solus a decimis soluendis eximit, c. venerabilis, & ibi Par. de consim. vtil. vel inutil. Neque alienum a iure est, pro decimis præteritis fieri transactionem, quia debentur, & estimari possunt pecunia, cap. super cod. de transact. at de futuris, nec dubium valere quoad transigens vixerit, c. 3. & cap. veniens. de transactio. non postea, nisi auctore summo Pontifice, & nisi quædam dentur alia ecclesiæ in remunerationem ratione permutationis, cap. ad quæstiones. de rer. permutat. potissimum si spirituale spirituali, videlicet cum iure decimarum, permutetur, c. in super. de transact. Consideranda & consuetudo seruata in loco decimarum, & sequenda, c. aliquibus. & ibi Innocent. & c. apostolica, de decim. Ioannes Andr. in c. de decimis. in 6. c. ecclesiar. 13. q. 1. Guido Papa. singul. 456. **I**ure tamen communi decima granorum, quæ palea habent, in palea debet solui, quia palea est in fructu, Specul. in tit. de decimis. §. vno. Guido Papa. singul. 703. eaque fructibus statim collectis, c. cum homines, de decim. quia scriptum, decimas & primitias tuas non tardabis offerre. Exodi 22. **P**ersonales tamen sunt soluendæ in fine anni secundum interpretes, glof. in c. reuertimini, in verbo annus. 16. q. 1. Pan. in c. peruenit. de decim. Et si, c. 10. in fin. vt prædiales, frugibus collectis, vel consuetudo, si alia sit, sequenda, vt ait Collecta. in cap. cum homines, de decim. In personibus tutius duco statim solui & separari. Prædiales prius soluntur, quam census prædii domino, nam & ab illo accipiuntur, cap. cum non sit. 3. de decim. & prædiales quidem

non deductis expensis cultura, vel collectionis, feminis, vel similibus, c. cum homines. c. 7. c. non est in potestate. cap. 22. cap. tua nobis. 26. de decim. personales autem admittunt quandam expensarum subductionem, cap. pastoralis officii. c. 28. eo de decim. **Q**uæ quid decimum t venerit de his, quæ transeunt sub virga patris, si alia non sit consuetudo, siue bonum, siue malum, decimarum nomine erit, Leuit. 27. canon. omnes decime. 16. q. 7. & decimum natum. In personalibus decimis valet etiam consuetudo, vt modicum pro illis soluatur: licet enim non detur integra, tamen ex dato honoratur Deus, Rebuffus in tractat. de decimis. q. 13. num. 44. Quamquam decimæ personales hodie non sint in consuetudine secundum Abbatem, Abbas, in cap. cum sint homines. in 1. col. 2. de decim. Boerius in §. 12. de consuet. præd. in consuetud. Bivirig. Sic dicunt interpretes, consuetudinem non soluendi decimas integras valere, quia dando quicquam pro decima, præceptum Dei impletur de soluendo. Innocent. Pan. & alii in cap. in aliquibus, per illum 10. de decim. ubi non sequitur contrariam sententiam Hostien. Sic laicus potest præscribere decimas in quota, vt non soluat integram: sed vel duo decimam, vel vicesimam, vel aliam partem, c. commissum. cap. d. l. l. i. cap. cum sint. & cap. in aliquibus de decim. Sicque iura, quæ dicunt soluendas integras decimas, intelligenda sunt, de integritate solita, & non deductis impensis, d. c. commissum, de decim. Barbat. in cap. Raynaldus. col. 6. de testam. vel si aiter se non habeat consuetudo, vel præscriptio, Rebuffus, in tract. de decim. quæst. 13. num. 58. nisi curio indigeret, vel ex quota consueta vivere non posset, tunc enim perire posset integram decimam, Angel. de Clesasio, in verbo, decima. num. 1. Imo tunc & personales exigere, Hostien. in c. in aliquibus. in fin. de decimis. non enim qui feminat spiritualia, temporalia necessaria neganda sunt, vt ait D. Paulus, 1. ad Corinth. 9. Ita absolute non potest vlllo tempore, etiam cuius non existat initi memoria, nec vlllo modo præscribi ius non soluendi a laicis vllas decimas, quotæ potest, c. causam & ibi Abbas & Felin. de præscriptio. & Barbat. consil. 15. in cap. sapiens, col. 6. can. decima. 16. quæst. 1. & ita iudicatum, Guido Papa. q. 284. Hostien. in summa. de decim. Sustinetur porro consuetudines, & probatæ censentur tacite a summo Pontifice, vt decimæ relinquantur in agro, dummodo moneatur curio antequam separentur: vt non soluat de quibusdam minutis decimæ, dummodo sit præscriptio, cuius non existat initi memoria, vide Rebuff. tract. de decimis. q. 13. num. 50. & 51. & 53. vide Nicol. Boer. in §. 12. de consuet. præd. in consuetud. Bivir. Cardin. de Zabarellis, consil. 146. Et in Gallia ex constitutione Philippi Augusti, anni 1304, non possunt exigi decimæ de rebus minutis, de quibus antea nunquam probantur exactæ, vt & sepe indicat, Boerius in d. §. 12. & Papa in rap. s. d. arest. 5. & in postrema parte styli par. l. m. Anfrerrii. existat consuetudo Philippi, 4. tit. de deci.

De alia specie Decimarum, quæ separabatur a bonis per laicos. Cap. 27.

DIUS Hieronymus super Ezechielem meminit de alia specie decimarum, quas vnusquisque de populo Israelis separabat, vt comederet eas, cum iret in templum in Hierusalem, & in vestibulo templi sacerdotes & Leuitas inuitaret, c. 1. de deci. can. ecclesiar. §. item cum decima. 13. q. 1. Forsan in locum istius moris successerunt conuiuia, quæ pii homines solent anniuersariorum nomine, sacerdotibus, & ecclesiasticis personis exhibere, postquam vna preces fuderunt.

De bonis ecclesiæ temporalibus extra decimas & primitias. Cap. 28.

- 1 Consuetatus error eorum, qui adimunt Ecclesiis alia bona temporalia, quam decimas & primitias.
- 2 Historia & tempora successus, quomodo in ecclesiam pertineant bona temporalia: & de constitutionibus, quibus bona ecclesiis conseruata sunt, & de bellis eorum causa.
- 3 De comite Cabillonensi capto a demone, quod ecclesiastica bona vsurpasset, & de pœnis rapientium bona ecclesie.
- 4 Reuicchio exemplorum rapientium bona ecclesie.
- 5 De immunitatibus rerum ecclesiasticarum, & quæ onera præstent.

PLURES sunt, tamen qui pertinaciter contendunt, personas ecclesiasticas vlla bona temporalia alia possidere non debere, quam primitias & decimas. Fucum addunt, quod dum terram promissam adeptus est populus Hebræus, eaque diuisa est inter tribus,

nullius partis possessio relicta sit sacerdotibus, *Num. 34. Iosue c. 14.* sed eius loco illis & Levitis fuisse primitias tantum & decimas, *Nym. 18.* Et apud Ezechielem, *Ezech. c. 44.* dum officium sacerdotum eorumque ornatus describitur, inter cetera dictum, *non erit autem eis hereditas eorum, & possessionem non dabitur eis in Israel: ego enim, inquit Deus, possessio eorum: victimam ipsi & pro peccato & pro delicto comedent. & omnis votum Israel ipsorum erit, &c.* Item, quod nascente ecclesia omnia vendebant Christiani, & in commune conferebant, *Actuum 4.* Facit & quod scriptum est, *si vis perfectus esse, vende omnia que habes, & da pauperibus, & sequere me, ait Dominus, D. Marci 10. D. Luca 18. & 12.* Verum tamen hæc leuiores sunt argumenta, quam possint eripere Deo consecrata & eius cultui. Siquidem ut primum euellamus zizaniam, admittimus quidem, nihil a Deo præter decimas, & oblationes, & vota, & primitias fuisse sacerdotibus concessum, videlicet nõ datam partem possessionis terræ, vt de ea negotiari & disponere, vt aliarum tribus, tanquã de propriis possent, *can. cler. 21. dist.* Et nos maxime probamus vitam ecclesiasticarum personarum, quibus nihil proprium est, quo curis diuidentur profanis. Quia & nomen clerici ostendit satis portionem eorum esse Deum solum. At nihil illud prohibet, quin ecclesiæ quædam propria esse possint, vt oblata a fidelibus. Sicut & in lege Mosaicã, qua prohibita erat possessio hereditaria sacerdotibus, nõ erat prohibitum agrum suum, possessionem suam, domum suam consecrare domino, sed & illa consecratio ad ius pertinebat sacerdotum, nec ab homine poterant adimi vel redimi, *Leuit. c. 27. canon. nulli liceat, 12. q. 2.* ¶ Bona ecclesiastica sunt ad nutriendos clericos destinata & oblata Deo, vt cultus eius digne & honeste fiat: eum digni sunt, vt de altari victum sumant: qui ei inferuiunt, *cum secundum apostolum, c. 2. cap. episcopis, c. exspirande, §. siu. de preben. c. cum sit Romana, de simonia.* nec alligandum sit os bouis triturantis, *ad Galat. 6. Deuter. 25. Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9.* Et ab initio quidem ecclesia nascentes, dum esset Hierosolymis & inter Iudæos, nullam possessionem sibi conseruabat, sed fideles omnia vendebant, & pretium communicabant, *Actuum. 4.* nec solum ecclesiasticæ personæ id faciebant, sed omnes discipuli, qui credebant in dominum nostrum Iesum. Vellemque ecclesiæ censores quod reprehendunt in ecclesiasticis, in se quoque reprehendere eadem ratione: Id autem fiebat, non quod ecclesia possessiones temporales contemneret, vt contrarias legi Dei, sed quia satis victui necessaria feruensente fide subministrabantur. Et quod transferendam ecclesiam præuidebãt in gentes. Et proinde translata ecclesia, Christiani didicerunt, persecutionibus agitati sæpe infidelium, cultum Dei vix restitui posse sine temporalium auxilio, & proinde in posterum non omnia oblata vendenda esse, sed in ecclesia conseruari voluerunt, *c. videntes. & c. futuram, 12. q. 1.* vt sedatis persecutionibus, prædia ecclesiastica oblata & Deo consecrata, auxilio essent cultui diuino. Neque etiam omnes basilicæ vel templa, vbi exhibetur cultus diuinus, decimas habent, sed tantum parochiales ecclesiæ: quare oportuit & alia bona Deo consecrari, quibus qui ibi Deo continue inferuirent, alerentur, *cap. saluator, de preben. in extrauag. communibus.* permissumque est ideo publice a Constantino Magno ecclesiæ hereditates relinquere, & sana exstiterunt, *can. videntes, 11. q. 1. l. 1. C. de sacr. eccl.* Neque enim propter nouas ecclesias priori ecclesiæ decimæ sunt subducendæ, *cano. si quis laicus, & c. de deci. §. si ergo, 16. q. 1.* Et ita pbe statuti, ne posthac sacræ ædes edificaretur sine cõueniente dote, qua suos Leuitas possent nutrire, *can. nemo, de consec. dist. 1. c. 1. de censu.* Statuit tribus constitutionibus Emanuel Comnenus Cæsar orientis, vt ecclesiarum & monasteriorum bona immobilia, intacta sint a manu fiscali, siue cõ titulo, siue sine titulo possideantur, quodque bulla aurea cõfirmari, *lib. 1. iuris orientalis constitutio. πρὸς ἀπόβραρον ἢ ἐν τῆς γρηγορίου ἡ δυνάμει τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν μοναστηρίων ἢ ἐν τῆς μοναστηρίων ἀκίνητα, id est, vt ecclesiarum & monasteriorum que sunt ad urbem immobilia intacta sint a manu fiscali.* Id ipsum sancit Alexis Comnenus secundus alius orientis Cæsar, *in lib. 1. iur. Orient. in eius constitut. tit. πρὸς τὸν ἀναγρηγορίου τῶν μοναστηρίων ἀκίνητα, id est, ne monasteriorum prædia describantur.* Inbet Theodoricus Gothorum rex, scribens lre viro spectabili duci, *Cassiod. li. 4. varia. epist. 17.* possessiones Narbonensis ecclesiæ, secundum Alarici præceptum a quibuslibet perualoribus occupatas, etiam manu militari restitui. Idemque Adilæ scribens *Cassiod. lib. 2. varia. epist. 29. specialiter,* inquit, ecclesias ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibus dum æquabilia præstantur, misera ordia diuina acquiritur. Et anno Domini 1099. bellum in eos susceptum est, qui sacerdotum ecclesiarumque fundos inuaserant: apud Parisios,

Bocchardus a monte Morentii: apud Belleuacos, Dioecus Montiacus: Rhemis, Elbo Rosnacus: apud Aurelios, Leonetes Magdunensis aliique in locis a filio Francorum regis Ludouico, & Roberto Flandrensi comite, victi subactiue sunt, & ecclesiis sue res cuique restituta, vt auctor Iacob. Meyerus in *lib. 4. historia Flandria in Erano.* Pipinus rex contra Vuarium regem Aquitania, cum res quæ in sua potestate erant, & ad ecclesias sub manu Pipini regis constitutas, pertineat, reddere rectoribus ipsorum venerabilium locorum monitus per legatos recufaret, bellum mouit: & contractis vndique copiis Aquitaniam ingressus, bello se res & iustitias ecclesiarum exactarum pronunciauit, & ita coegit imperata facere, *Ammonius, lib. 4. de gest. Francor. cap. 65.* Alexander Magnus, cum Thebas, quæ ante defecerat, vi recepisset, & in seruitutem Thebanos redegit, agros eorum, nisi qui facti essent, inter socios auxiliares distribuit, *Arrianus, lib. 1. de exped. Alexandr. 4.* Paulus & Amilius scribit *lib. 5. historie Francorum, in Ludouico iunioris,* in quiete a bello Anglico duos Guillelmos, Ancienensem Cabillonensemque comites, ecclesiis suis in festos, regis armis Gallia Ludouici iunioris coersos, & tandem Cabillonensem comitem, dum frequenti procerum conuiuium epularetur, ab ignoto quodam equo pro foribus sedente euocatum exisse: coactumque vestigio conscendere, e conspicuo procul raprum, nec deinceps vsquam comparuisse. Scriptum in iure pontificio, *si qui res ecclesiæ petunt, a regibus, & horrenda cupiditatis impulsu egenium substantiam rapiunt, irrita habeantur que obveniunt, & a comunione ecclesiæ, cuius facultates auferre cupiunt, excludantur, can. 2. de rebus ecclesiæ, non alien. c. causam, de verb. sign.* ¶ Scio multos & rebus ecclesiarum inuidisse, & sibi magis quam Dei, & piorumque vsibus malle, & ideo & profana quædam exemplum suæ improbitatis auctoritate contorsisse, & pieratem quandam pro facio obiecisse. Scio olim Romanos flamines, Augures, Silios, Fæciales, pontifices conferre pecunias coactos, quæstoria & tributaria sententia, vt ciuitatis æs alienum, priuatis exsolueretur, qui exhausto ante bellum Macedonicum ætario, nummos in militaria stipendia crediderat, *Linus, lib. 3. dec. ad. 4.* Et scio Atheniensium leges Triarchiarum & collationum in bellum ciuitatisque salutem, neminem fuisse immunem, nec posteros quidem Hatmodii & Arigistogitonis, *Demosthen. contra Leptinem.* Noui decimas quoque & a beneficiis exactas, & nunc exigi, pro rebus temporalibus releuandis, vt docuimus in decimis. Sed videt qui machinas altituunt istis rationibus vel exemplis, num Deus falli possit, numve dignum Christiana pietate sit, prædia quæ libera facta sunt iure morticini, & a commercio hominum ex consensu principum subducta sunt, quæ Dei sunt, minori gaudere priuilegio, quam prædia nobilium, qui tantum regi temporali inferuiunt, pro quorum morte morticini nec quicquam rex accepit. ¶ Immunitas rerum ecclesiasticarum multiplex est, quæ personas & res ipsas respicit. De personis alibi. Rerum immunitas latissima ex decretali Bonifacii VIII. *cap. clericis per totum, de immunita. eccles. in 6. lib. 3. tit. 34.* summi pontificis, qui prohibuit tributa, in ditiones, canones, & onera vlla imponi clericis, etiam pro rebus ab illis possessis, & clericis, nec soluerent sine permissione apostolica: personas singulares constitutioni contumaces excommunicans, vniuersitates interdicens. Ceterum quia illa constitutio in odium regis Gallia facta fuerat, reuocata est per Clementem V. in concilio Viennensi, *Clemen. vni. de immunit. eccles. lib. 3. tit. 17.* Et restitutum ius antiquum, quod promulgatum ante fuerat in concilio Lateranensi & generali, quo quidem non licet laicis imponere collectas vel subsidia angariarum & similia, nisi in causa necessitatis ob communem utilitatem, & consulto summo pontifice, *cap. non minus, cap. 4. cap. aduersus consules, cap. 7. de immunit. eccles. apud Gregor.* Iure ciuili immunes res ecclesiæ a fordidiis muneribus, ab extraordinario, & superinducto, vel alio onere excepto ordinario canone & aduentitia necessitate, *l. placet. 5. de sacrosanct. eccles. vbi qua sunt fordida, super indicta & canonica onera, per glossam explicata.* immunes a lucratiua descriptione, *l. sancimus, 18. de sacrosanct. eccles.* Confert ecclesia ad refectionem pontium & viarum, *l. ad instructionem. 7. de sacrosanct. eccles.* ad angaria ob aduentum principis, *l. neminem. 11. C. eo.* Confert & naues suas rebus transferendis publicis, *l. inuenimus. 10. eod.* Et clerici pro prædiis propriis tenentur ad fiscalia onera, *l. 3. de episcop. & cler. ad tributa, census, & alia onera que rebus in herent, c. si tributum, & c. magnum, 11. q. 1. can. conuenior, c. tributum, 23. q. 8. c. 1. de censu. l. 1. & 2. de indit. lib. 10. C. ad alia onera episcopalia, de quibus in can. conueniente, de offic. ord. Sunt alia priuilegia ecclesiasticarum rerum, quæ*

quæ alibi recipiunt tractationem, vt ne vendi possint, *l. iubemus, 14. cum aurb sequentibus, de sacrosan. eccles. vt in emtio ne dicemus, non possint prescribi, nisi quadraginta annis, & res Romanæ vel Constantinopolitanæ ecclesiæ nisi centum annis, l. fin. & aurb quas actiones, de sacros. eccles. tit. vi. eccles. Roman. centum annor. gaudeat sp. In summa privilegia ecclesiæ rata & firma esse debent, & ea violantes puniuntur, & irriti contrarij actus, l. privilegia, 12. & cōsti. seq. Cassa. de sacros. eccles. l. si ecclesia. 15. §. privilegia, de epis. & cler.*

De Muris & Portis ciuitatis. Cap. 29.

- 1 Muri vnde dicti, & oppida, & aggeres.
 - 2 Ad murorum collationem omnes teneri.
 - 3 In quorum terra muri & turres ciuitatis sunt, vsum eorum earumque habent.
 - 4 Edificare non licet priuatis contra muros vel portas ciuitatis.
 - 5 Prohibitum municipibus edificare novos muros.
- P**ostquam egimus de rebus ecclesiasticis & sacris, t̄ operæpretium est de quibusdam sanctis, id est, innolabilibus agamus, de portis scilicet & muris ciuitatum: omiſſa tractatione legatorum, qui sancti sunt habiti, & de quibus tractamus in crimine læsæ humanæ maiestatis. Varro itaque *lib. 4. de ling. Lat. in. muros inuentos & dictos, vt tuto alicubi simus docet: oppidum ab ope dictum, quod munitur opis caussa vbi sint: & quod opus est ad vitam gerendam, vbi habitet turo, vel oppida, quod opere munitur mœnia, quod munitus essent. Quod exaggerabant aggeres dicti, & quod aggerem contineret muros, quod munitiendi caussa manu parabatur, quo sepiabatur oppidum, ex quo muros. Eius summa pinæ ab his quas insignit milites habere in galeis solent, & in gladiatorib. Samnites. Turres a toruis, quod hæc prospiciunt ante alios: qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum por-*

tarent portas. ¶ Ad t̄ murorū instaurationem seu exstructionem, sicut & portus & aquæ ductus, c̄ certam facta & peratū collatione, nulla excusatione dignitatis locū habent, instare debent. *l. ad portus, 6. de operib. publ. lib. 3. C. tit. 12. facta tamen per aequatione facultatum, vt quisque secundum vires patrimonij contribuere cogatur, l. omnes prouinciarum. 11. eod. tit. de ope. publ. ¶ Si tamen priuati, in quorum terris turris vel muri noui ciuitatis construuntur opere perfecto, vsum ædificatorum habent, ea tamen lege in perpetuum seruanda, vt annis singulis ii, in quorum vsu terrula demigrauerit, proprio sumtu instaurationem eorum sibi existiment procurandam, l. turres. 13. de operib. publ. C. ¶ Non t̄ tamen inde quis putare debet sibi licere contra muros vel mœnia publica ædificia habere, nam si ea sint talia, ex quibus formidari possint vel incendia, vel insidias, deiici debent & prohiberi, l. ædificia. 13. eod. de operib. publ. ¶ Atq; inter ædes sacras seu publica ædificia & priuata, debet esse spatium quindecim pedum, l. si cui loci. 9. & l. Memiana. 11. de ædifi. priuatis. lib. 3. C. tit. 18. Nec libera sunt etiam murorum vel portarum refectiones municipiis, sed de operibus quæ in muris vel portis, vel in rebus publicis sunt, aut si muri extruatur, consulere principem oportet. *Modest. in l. de operib. 6. de operibus publ. 50. P. tit. 10. quando potissimum sumtu publico ædificari debent, l. 3. de operib. publ. in P. Et Vlpianus ait, muros municipales nec reficere licere sine principis vel præsidis auctoritate, nec aliquis eis conuigere vel supponere, l. sacra loca. 9. propter, de ver. diuis. lib. 1. P. tit. 8. Transcendere muros ciuitatis ad motus scalis, aut aliunde, quam per portas ciuitatem ingredi, vel egredi, hostile & capitalè habetur, si de ver. diuis. & vindicatum in Remo fratre Romuli, qui solum vallum ciuitatis transcendere ausus fuisset, d. l. si Lucan. in 1. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Et Plut. in vita Romuli, Quid in Fast.**

DE PUBLICIS REBUS HVMANI
IURIS, ET DE REBUS VNIVERSITATIS.

LIBER III.

De his, quæ tractanda sunt in hoc libro.

Cap. 1.

- 1 Rerum publicarum diuisio.
 - 2 Rerum vniuersitatis diuisio.
- R**epositus t̄ rebus sacris & sanctis, de rebus humani iuris, & primum de publicis, dehinc quæ vniuersitatis sunt, dicendum erit, & postea de priuatis, Deo volente. Itaq; de fiscalibus, & tributis, & vectigalibus, fluminibus, visque publicis, portibus, patrimonialibus principis, & pœnalibus fiscali compendiis, de basilicis, & operibus publicis, & aliis publicis. ¶ Inter t̄ vniuersitatis autem enatrabimus quæ municipi tantum sunt, & illis solum communia, vt stadia, theatra, nemora, pascua, & similia. In priuatis autem, & modos acquirendi dabimus.

De Pecuniis publicis, siue de rebus Fiscis, & de
Ærario. Cap. 2.

- 1 Corporis humani, & rei publicæ similitudo.
- 2 In corpore reip. sunt & nerui, qui nec plenitudine, nec inactione commelionis pati debent, si illa subsistere velit: nerui porro Pecunia publica, & Vectigalia.
- 3 Pecunia nomen ad omnes res pertinere nummo estimabiles.
- 4 Non fuisse ab initio Publica, sed Communia, & quomodo ceperint.
- 5 Ærarii constituendi necessitas, & Vectigalium origo.
- 6 Fiscalia, & si quis vnde nomen trahunt. Et in. 11.
- 7 Inter Fiscum & ærarium quorundam differentia, vide in. 9. & 12.
- 8 Bona principis duplicis generis: patrimonialia, vnde comites rerum priuatarum, & procuratores Caesaris.
- 10 Alia principis iure principatus & diadematis, Confiscatio sine licentia principis non fit.
- 11 Latum in seipsum in ediam prohibet. Quomodo si quis sem per soluendo eod. Ærarii Fiscis & Marcupii differentia, Ærarium vbi apud Romanos, & quot, & copia, & extensio eorum.
- 12 Questores qui comitabantur prouinciarum rectores militares, Threſſoriers des guerres.

- 13 Questores ærarii, qui præfelli ærarii, hodie generaux des finances.
- 14 His subijunt tribuni ærarii, receueurs generaux. Exætores particulariæ dicti, Commis. Tabellarii, Contrerolleurs.
- 15 Ordo exigenda & deferenda vectigalia pecunia in fiscum, Tituli, Les mandes, nunc.
- 16 Degubus & cum quibus indicant questores prouinciarum.
- 17 Quærario olim Romano præfelli.

Agrippa t̄ Menenius Lanatus, cum dissidia & seditionem plebis & Senatus componere studeret, plebem exandescētem apologeto corporis humani, ad pacē adiecit, simile ei esse corpus rei publicæ accommode demonstrans, futurumque nisi in vtroque, membra inter se conuenirent, compagem corporis dissoluerantur, *Dionys. Halicar. lib. 6. Histor. Linnæ. Erenim qui simul habitant, vnum corpus tantum faciunt ciuile, & vniuersitatis, l. 1. §. quibus autem permixtum quod cuiusque vniuersit. nom. lib. 3. P. tit. 4. Sic ecclesia omnis vnum corpus & catholica seu vniuersalis congregatio, in qua multa membra, 1. ad Corin. 12. ad Ephes. 1. & 2. ad Colos. c. fundamenta, c. 17. de elect. in 6. Vnde & corporati dici possunt, qui in communione aliqua conscripti vel admissi sunt, vt in l. 1. de Alex. primat. lib. 11. C. tit. 28. Er regnum vnum corpus.*

¶ Ceteram t̄ in omni corpore ciuili, quemadmodum in humano, & caput & membra sunt, & quædam alia, quibus illa colligantur: veluti nerui, quibus membra singula mouentur, & munitus proprium exsequitur. Et quemadmodum illa cerebrum & capite manantes per totum corpus humanum diffunduntur, vt notant medici *Galen. lib. 7. de decret. Platon. & Hippoc. Et Hippocrates, lib. de ossium natura, lib. de arte, & alibi. roburq; & vim dant corpori, Galen. lib. 3. de administrat. anatomicis. & contra, conuulsioibus suis valde nocent, duabus ex causis vel ex plenitudine, vel ex inanitate Galen. ex Hippocr. lib. 1. de locis affect. Sic etiam in corpore ciuili ex arbitrio imperantis, seu a bene disposito capite, robur in societatem subiectam permeat, & status eius fit legitimus, qui neruus disciplinae dicitur, c. 1. de senen. ex com. lib. 5. Decret. tit. 10. c. cum inter, de consuet. lib. 1. Decret. c. 4. Neruiq; alii, quibus iuuatur & quodammodo viuificatur, si bene valent, si plenitudine vel inanitate non patiantur conuulsiones, sunt pecuniæ publicæ, vt &*